W. 485

Inc
572

Sig 112
4116

8-1-6

Inc
572

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

OMNIS HOMINES Quí
ſeſe ſtudent preſtarẽ ceteris aní
malib9:ſumma ope níti decet:
ne uitam ſilencio tranſeât.ue/
lutí pecora :que natura prona
atq; uentri obediẽtia finxit. Sed noſtra omnís
uis:in animo et corpore ſita eſt. Animí impio
corporís ſeruicio magís utimur. Alteruz nobis
cum diís:alterum cũ belluís commune eſt. Quò
mihi rectius eſſe uidetur ingenii quam uirum
opibus gloriam querere. Et quoniam uita ipſa
qua fruimur breuis eſt. memoriam noſtri q̄ ma
xime longam efficere. Nam diuiciarum et for/
me gloria fluxa atq; fragilis eſt. Virt9 clara e/
ternaq; habetur. Sed diu magnum inter mor/
tales certamẽ fuit. ui ne corporis an uirtute a/
nimi res militaris magis procederet. Nam et
priuſq̄ incipias:conſulto:et ubi conſulueris ma
ture facto op9 eſt. Ita utrunq; per ſe indigens
alterum alterius auxilio eget. Igitur initio re/
ges: nam in terris nomen imperii id fuit pri/
mum:diuerſi pars ingenium alii corpus exerce
bant. Etiam tunc uita hominum ſine cupidita
te agitabatur. Sua cuiq; ſatis placebât. Poſtea
uero q̄ in Aſia Cirus:in Grecia Lacedemonii
et Athenienſes cepere urbes atq; nationes ſubi
gere:libidine dominandi cauſam belli habere.

Maximam gloriam in maximo imperio putaṙ
Tum demuꝫ periculo atq; negociis compertuꝫ
eſt in bello plurimum ingenium poſſe. Quod ſi
Regum atq; Imperatorum animi uirtꝰ in pa/
ce ita ut in bello valeret: equabilius atq; conſtá
tius ſeſe res humane haberent. Neq; aliud alio
ferri: neq; mutari: ac miſceri omnia cerneres. ná
imperium facile his artibus retinetur quibus
inicio partum eſt. Verum ubi pro labore deſi/
dia: pro continentia et equitate: libido atq; ſu
perbia inuaſere: fortuna ſimul immutatur cum
moribus. Ita imperium ſemper ad optimum
quemq; a minus bono tranſfertur. Que homĩes
arant nauigant edificant uirtuti omnia parẽt
Sed multi mortales dediti uentri atq; ſomno ĩ
docti: incultiq; uitam ſicuti peregrinantes
tranſiere. Quibus profecto contra naturaꝫ cor
pus uoluptati. anima honeri fuit. Eorum ego
uitam mortemq; iuxta exiſtimo: quoniam de
utraq; ſiletur. Verum enimuero is demum mihi
uiuere atq; frui anima uidetur. qui aliquo ne/
gocio intentus preclari facinoris: aut artis bo/
ne famam querit. Sed in magna copia rerum
aliud alii natura iter oſtendit. Pulcrum eſt be
nefacere reipublice. Etiam benedicere haud ab
ſurdum eſt: uel bello uel pace clarum fieri licet
et qui fecere et qui facta aliorũ ſcripſere: multi

laudant̃. At mihi q̲dem tametſi haud q̄q̄ par
gloria ſequatur ſcriptorem et auctorem rerum
tamē in primis arduū uidetur mihi res geſtas
ſcribere. Primum ꝙ facta dictis exequanda ſt̃
Dehinc quia pleriq; delicta que reprehenderis
maliuolencia et inuidia dicta putant. Vbi de
magna uirtute atq; gloria bonoꝝ memores. q̄
ſibi quiſq; facilia factu putat equo animo acci
pit. Supra ea ueluti ficta pro falſis ducit: Sed
ego adoloſcētulus inicio ſicuti pleriq; mortaliū
a ſtudio litterali ad rempublicam delatus ſum
ibiq; mihi multa aduerſa fuere. Naʒ pro pudo
re: pro abſtinentia: pro uirtute: et equitate: au
dacia largitio: auaricia uigebant. Que tametſi
animus meus aſpernabatur: inſolens malarum
artiuʒ: tamen int̃ tanta uicia inbecilla etas am
bitione corrupta tenebat̃. Ac me cum a reliq̄s
malis morib9 diſcentirem: nihilominus honoris
cupido eadem que ceteros fama atq; inuidia ue
xabat. Igitur ubi animus ex multis miſeriis: at
q; periculis requieuit. et mihi reliquam etatem
a republica procul habendam decreui: non fuit
conſilium ſecordia atq; deſidia bonum ociuʒ cō
terere. Neq; vero agrum colendo aut uenādo ſ
uilib9 officiis intentum etatem agere. Sʒ a quo
incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat: eo
dē regreſſus: ſtatui res geſtas populi Romani

carptiꝫ ut queq; memoria digna uidebantur ꝑ
ſcribere:eo magis mihi q̄ a ſpe:metu:partibus
.R.P. animus liber erat.De Catiline igitur
coniuratione q̄ ueriſſime potero:paucis abſol/
uam.Nam id facinus in primis ego memorabi
le exiſtimo ſceleris atq; periculi nouitate. De
cuius hominis moribus pauca prius explanan/
da ſunt:quam inicium narrandi faciam.

LVcius Catilina nobili genere natus fuit:
magna ui animi et corporis.Sed ingenio
malo prauoq; huic ab adoleſcentia bella inteſti
na cedes rapine:diſcordia ciuilis grata fuere.
Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit. Corpus pati
ens inedie algoris uigilie ſupra quaꝫ cuiq̄ cre/
dibile eſt.Animus audax:ſubdolus:uarius:cu
iuſlibet rei ſimulator ac diſſimulator.alieni ap
petens ſui profuſus ardens in cupiditatib9. ſa
tis eloquentie ſapientie parum. Vaſtus anim9
īmoderata incredibilia nimis ſemper alta cupi
ebat.Hunc poſt dominationem Lucii ſille libi
do maxima inuaſerat.R.P.capiunde:neq; id
conſilium quibus modis aſſequeretur:duꝫ pa/
raret ſibi regnum quicq̄ penſi habebat. Agita
batur magis magiſq; in dies animus ferox:ino
pia rei familiaris et conſcientia ſcelerum. Que
utraq; his artibus auxerat:quas ſupra memora
ui.Incitabant p̄terea corrupti mores ciuitatis

quos peſſima ac diuerſa inter ſe mala: luxuria
atqꝫ auaricia uexabāt. Res ipſa hortari me ui
detur quoniam de moribus ciuitatis tempꝰ ad
monuit ſup̄ repetere ac paucis īſtituta maioꝝ
domi miliciecꝫ quomodo ſe reſpublica habue /
rint quantamqꝫ reliquerint ut paulatim immu
tata ex pulc̄rima atqꝫ optima peſſima atqꝫ fla /
gioſiſſima facta. ſi diſſererem. Vrbem romam ſi
cuti ego condidere accepi atqꝫ habuere inicio
Troiani. qui Aenea duce profugi ſedibus in
certis uagabantur. Cumqꝫ his ab origenes ge /
nus hominum agreſte ſine legibus ſine imperio
liberum atqꝫ ſolutum. Hi poſtq̄ in una moenia
conuenere diſpari genere diſſimili lingua alii
alio more uiuentes incredibile memoratu eſt q̄
facile coluerint. Sed poſtq̄ res eorum ciuilibus
moribus agris aucta ſatis proſpera ſatiſqꝫ pol
lens uidebatur: ſicuti pleraqꝫ mortalium haben
tur inuidia ex opulentia orta eſt. Igitur reges
populiqꝫ finitimi bello tentare: pauci ex amicis
auxilio eſſe. Nam ceteri metu perculſi a pericu
lis aberant. At Romani domi miliciecꝫ inten
ti feſtinare parare alius alium hortari hoſtibus
obuiam ire: libertatem / patriam / parenteſqꝫ
armis tegere. Poſt ubi pericula uirtute propu /
lerant: ſociis atqꝫ amicis auxilia portabant: ma
giſqꝫ dandis q̄ accipiendis beneficiis amicicias

parabant. Imperium legitimum nomen impe/
rii: regium habebant. Delecti quibus corp9 an
nis infirmum: ingeniũ ualidum ſapientia erat
.R.P. conſultabant. hi uel etate uel cure ſimi
litudine patres appellabantur. Poſt ubi impe
rium regium quod inicio conſeruande liberta/
tis atq augende.R.P. fuerat cauſa in ſuper/
biaʒ dominationemq ſe conuertit ĩmutato mo
re annua imperia binoſq imperatores ſibi fece
re: eoq modo minime poſſe putabant per licen
ciam inſoleſcere animum humanum. Sed ea tẽ
peſtate cepere ſe quiſq magis extollere: magiſ
q ingenium in promptum habere. Nam regi/
bus boni q̃ mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq his
aliena uirtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas incre
dibile memoratu eſt. Adepta libertate quan/
tum breui tempore creuit: tanta cupido glorie
inceſſerat. Iam primum iuuentus ſimul laboris
ac belli patiens erat. In caſtris per laboreʒ uſu
miliciam dicebat. Magiſq indecoris armis et
militaribus equis q̃ in ſcortis atq in conuiuiis
libidinem habebant. Igitur talibus uiris non
labor inſolitus: non locus ullus aſper: aut ardu
us erat: non armatus hoſtis formidoloſus: uirt9
omnia domuerat. Sed glorie certamen inter ip
ſos maximum erat. Sic quiſq hoſtem ferire: mu
rum aſcendere: ab aliis conſpici dũ tale facin9

faceret properare:eas diuicias eſſe bonaꝫ famá
magnamqꝫ nobilitatem putabant. Laudis aui
di: pecunie liberales erant. Gloriam ingentem:
diuicias honeſtas uolebant. Memorare poſſem
quibus in locis maximas hoſtium copias popu
lus Romanus parua manu fuderit: quas urbes
natura munitas pugnando ceperit: ni ea res lõ
gius nos ab incepto traheret. Sed profecto for
tuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex
libidine magiſq̃ ex uero celebrat obſcuratqꝫ. A
thenienſium res geſte ſicut ego exiſtimo ſatis
ample magnificeqꝫ fuere. Verum aliquanto mi
nores tamen q̃ fama feruntur. Sed quia proue-
nere ibi magna ſcriptorum ingenia per terraꝝ
orbem Athenienſium facta pro maximis cele-
brantur. Ita eorum qui ea fecere uirtꝰ tanta ha
betur q̃tum ea uerbis potuere extollere precla
ra ingenia. Sꝫ populo Romano nunq̃ ea copia
ſcriptorum fuit: quia quiſqꝫ prudentiſſimꝰ ma
xime negocioſus erat. Ingenium nemo ſine cor
pore exercebat: optimus quiſqꝫ facere q̃ dicere
ſua ab aliis benefacta laudari: q̃ ipſe aliorum
narrare malebat. Igit̃ domi miliciqꝫ boni mo
res celebrantur. Concordia maxima: minima a
uaricia erat. Ius bonumqꝫ apud eos non legibꝰ
magiſq̃ natura ualebat. Iurgia diſcordias: ſi-
multates cum hoſtibus exercebant: ciues cum

ciuibus de uirtute certabant. In ſuppliciis deo
rum magnifici domi parci. in amicos fideles e/
rant. Duabus his artibus audacia in bello ubi
pax euenerat equitate: ſeq̧ remq̧ p. curabant.
Quarum rerum ego maxima documenta hec ha
beo. quod in bello ſepius uindicatum eſt meos:
qui contra imperium in hoſtem pugnauerant:
quiq̧ tardius reuocati prelio exceſſerant. q̃ qui
ſigna reliquerant aut pulſi loco cedeř auſi erát
In pace uero beneficiis magiſq̃ metu imperium
agitabant: et accepta iniuria ignoſcere q̃ perſe
qui malebant. Sed ubi labore atq̧ iuſticia reſ/
publica creuit. atq̧ labor̃ reges magni bello do
miti: nationes fere populi ingentes vi ſubacti:
Carthago emula imperii Romani a ſtirpe in/
teriit. cuncta maria terreq̧ patebant. ſeuire
fortuna ac miſcere omnia cepit. Qui labores pe
ricula dubias atq̧ aſperas res facile tollerauc/
rant: his ocium: diuicie optande aliis honeri mi
ſerieq̧ fuere. Igitur primo pecunie deinde im/
perii cupido creuit ea quaſi materies omnium
malorum fuere. Namq̧ auaricia fidem probita
tem ceteraſq̧ artes bonas ſubuertit. Pro his ſu
perbiam crudelitatem deoſq̧ negligere: omnia
uenalia habere docuit. Ambicio multos morta
les falſos fieri cogit. aliud clauſum in pectore:
aliud in lingua promptum habere amicicias ii

micíciaſqꝫ non ex re ſed ex cōmodo eſtimare ma
giſqꝫ uultum q̄ ingenium bonum habere. Hec
primum paulatim creſcere interdum uindicari
Poſt ubi hec contagio quaſi peſtilencia inuaſit
ciuitas eſt inmutata. imperium ex iuſtiſſimo
atqꝫ optimo: crudele intollerandumqꝫ factuȝ ē
Sȝ primo magis ambicio q̄ auaricia animos ho
minum exercebat. Quod tantum uicium pro
prius uirtuti erat. Nam gloriam: honorem: im
perium. bonus et ignauus eque ſibi exoptant.
Sed ille uera uia nititur: huic quia bone artes
deſunt dolis atqꝫ fallaciis contendit. Auaricia
pecunie ſtudium habet: quam nemo ſapiens cō
cupiuit. Ea quaſi uenenis malis imbuta: corpus
animumqꝫ uirilem effeminat. Semper infinita
et inſaciabilis eſt. Neqꝫ copia neqꝫ inopia mi/
nuitur. Sed poſtq̄. L. Silla armis recepta. R
P. bonis iniciis malos euentus habuit: rapere
omnes: trahere: alius domum alterius. agros cu
pere neqꝫ modum neqꝫ modeſtiam victores ha/
bere. feda crudeliaqꝫ in ciues facinora facer̄: huc
accedebat ꝙ. L. Silla exercitum quem in Aſia
ductauerat: quo ſibi fidum acceptumqꝫ faceret
contra morem maiorum luxurioſe nimiſque li/
beraliter habuerat. Loca amena: ac volup/
taria facile in ocio feroces militum animos mol
liuerant. Ibi primum inſueuit exercitꝰ. P: R:

amare portare ſigna tabulas pictas vaſa cela/
ta mirari: ea priuatim et publice rapere. delu/
bra ſpoliare ſacra profanaq; omnia polluere
Igitur hi milites poſtq̄ uictoriam adepti ſunt
nihil reliqui uictis fecere. Quippe ſecunde res
ſapientiū animos fatigant: ne dum illi corrup/
tis moribus victorie temperarent. Poſtq̄ diui
cie honori eſſe cepere. et eas gloria. imperium.
potencia ſequebatur. uirtus hebeſcere: pauper
tas pro probro haberi. Innocencia pro maliuo
lentia duci cepit. Igitur ex diuiciis iuuentutē
luxuria atq; auaricia cuz ſuperbia inuaſere. ra
pere: conſumere: ſua paruipendere: aliena cupe
re: pudorem: pudiciciam. diuina atq; humana
promiſcua nihil penſi neq; qcq̄ moderati haber̄

O Pereprecium eſt: cum domos atq; uillas
cognoueris in urbium modum edificatas
uiſere templa deorum: que noſtri maiores reli/
gioſiſſimi mortales fecere. Verum illi delubra
deoꝝ pietate. domos ſuas gl̄ia decorabant. Ne
q; uictis eripiebāt qcq̄ p̄t iniurie licenciam. at
hi contra ignauiſſimi homines per ſummuz ſce
lus omnia ea ſociis adimere: que fortiſſimi vi/
ri victores hoſtibus reliquerant. proinde qua
ſi iniuriam facere: id demum eſſet imperio uti.
Nam quid ea memorez que niſi his qui videre
nemini credibilia ſt̄ a p̄uatis ꝯpluribꝰ ſubūſos

montes: maria conſtrata eſſe: quibus mihi uidē
tur fuiſſe ludibrio diuicie. quippe quas hone/
ſte habere licebat: abuti per turpitudinem pro
perabant. Sed libido ſtupri ganee ceteriꝗ cul
tus non minor inceſſerat: uiros pati muliebria
mulieres pudiciciam in propatulo habere. Veſ
cendi cauſa terra mariꝗ omnia exquirere. dor
mire priuſq̃ ſomni cupido eſſet non famem: nō
ſitim neꝗ frigus neꝗ laſſitudinem operiri. Sz
ea omnia luxu ante capere. Hec omnia iuuentu
tem ubi familiares opes defecerant: ad facinora
incendebant. Animus imbutus malis artibus
haud facile libidinibus carebat. Eo profuſius
omnibus modis queſtui atꝗ ſumptui deditus
erat. In tanta ciuitate et tam corrupta Catili
na exiſtimans id quod erat facillimuz factu oī
um flagicioſorum et facinoroſoruz circum ſe tā
q̃ ſtipatorum cataruas habebat. Nam quicun/
ꝗ impudicus adulter ganeo alea manu uentre
pene bona patria lacerauerat: quicunꝗ alienū
es grande conflauerat: quo flagicium aut facin9
redimeret. Preťea omnes vndiꝗ parricide ſa/
crilegi conuicti iudiciis: aut pro factis iudici/
um timentes. Ad hoc quos manus atque lin/
gua periurio aut ſanguine ciuili alebat. Po/
ſtremo omnes quos flagicium: egeſtas: conſci/
us animus exagitabat: hi Catiline proximi et

familiares erant. Quod ſi quis etiam uacuus a culpa in amiciciam eius inciderat. quotidiano uſu atq; illecebris facile par ſimiliſq; ceteris ef ficiebatur. Sed maxime appetebat adoleſcen/ tium familiaritates eorum animi molles etate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nā ut cuiuſq; ſtudium ex etate flagrabat aliis ſcor ta breberē: aliis canes atq; equos mercari: poſtre mo neq; ſumptui neq; modeſtie ſue parcere dū illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. Scio fuiſſe nō nullos qui ita exiſtimarent iuuentutez: que do mum Catiline frequentabat: paruz honeſte pu diciciam habuiſſe ſed ex aliis rebus magiſq̄ q̄ cuiq̄ id foret compertum: hec fama ualebat. Iaz primum Catilina adoleſcens multa nephanda ſtupra fecerat cum uirgine nobili cum ſacerdo te dee ueſte: alia huiuſmodi contra ius faſq;. po ſtremum captus amore aurelie oreſtille: cuius p̄ ter formam nihil unq̄ laudauit bonus: quod ea nubere illi dubitabat: timens primum adultuz etate pro certo creditur necato filio uacuam do mum ſceleſtis nupciis feciſſe. Que quidem res mihi in primis uidetur fuiſſe cauſa facino/ ris maturandi. Namque animus impurus di is: hominibuſque infeſtus: neque Vigiliis ne que quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem excitam vaſtabat. Igitur color eius

exanguis fedi oculi citus modo modo tardus in
ceſſus: prorſus in facie uultuqꝫ uecordia inerat
Sed iuuentutem quam ut ſupra diximus illexe
rat: multis modis mala facinora edocebat. Ex
illis teſtes ſignatoreſqꝫ falſos commodare: fideꝫ
fortunas pericula uilia habere. Poſt ubi famam
eorum atqꝫ pudoreꝫ attriuerat: maiora alia im
perabat. Si cauſa peccādi in preſens min9 ſup
petebat nihilominus inſontes ſicuti ſontes cir/
cumuenire iugulare ſcilicet per ocium torpeſce
ret ne manus aut animus gratuito potius mal9
atqꝫ crudelis erat.

Is amicis ſociiſqꝫ confiſus Catilina ſimul
qꝫ es alienum per omnes terras perſoluē
dum ingens erat: et quod pleriqꝫ ſillani milites
largius ſuo uſi rapinarū et uictorie ueteris me
mores ciuile bellum exoptabant opprimende
reip. conſiliuꝫ cepit. In Italia nullus exercitus
erat. Gn. Pompeius in extremis terris bellum
gerebat. Ipſi conſulatum petendi magna ſpes.
Senatus nihil ſane intentus: tute tranquilleqꝫ
res omnes. Sed ea omnia prorſus oportuna Ca
tiline erant. Igitur circit̃ Kal̃. Iunias. L. Ce
ſare et. G. Figulo conſulibus primo ſingulos
appellare hortari alios: alios tentare opes ſuas
imperatam rempublicam magna premia coniu
rationis docere. Vbi ſatis explorata ſunt que

voluit:in vnum omnes conuocat:quibus maxi
ma neceſſitudo et plurimum audacie inerat:eo
conuenere ſenatorii ordinis. P. Lentulus ſura
P. Antroni9. L. Caſſius longinus. G. Cetheg
P. Seruus ſille:ſeruii filius. L. Vargunteius.
. Q. Anius. M. Porcius lecca. L. beſtia. Q.
Curius. Preterea ex equeſtri ordine. M. fului9
nobilior. L. Statilius. P. Gabinius capito. G.
Cornelius. Ad hoc multi ex colonis et munici/
piis qui domi et milicie nobiles erãt. Preterea
complures paulo occultius conſilii huiuſcemodi
Participes nobiles:quos magis ſpes dominatio
nis hortabatur:q̃ inopia aut alia neceſſitudo ce
terꝝ. iuuẽt9 pleraqꝫ ſꝫ maxie nobiliũ Catiline ĩ
ceptꝗ fauebat qb9 ĩ ocio uł magnifice uł mollit
viuere copia erat. incerta pro certis. bellum q̃
pacem malebant. fuere ea tempeſtate item
qui crederent. M. Liciniũ craſſum nõ ignaruꝫ
eius conſilii fuiſſe:quia. G. P. inuiſus ipſi mag
num exercitũ ductabat:cuius uis opes uoluiſſe
contra illius potenciam creſcere. ſimul confiſuꝫ
ſi cõiuratio ualuiſſꝫ:facile apud illos Principẽ
ſe fore. Sed antea itẽ pauci coniurauere contra
Remp. in qbus Catilina fuit. De quo quaꝫ ve
riſſime potero dicam. L. Tullio et. M. le/
pido Conſulibus. Publius Antronius. Publi
us Silla deſignati Conſules: legibus ambitus

interrogati penas dederant. Poſt paulo Catili
na pecuniarum repetundarum reus: probibi/
tus erat conſulatum petere: quod intra legiti/
mos dies profiteri nequiuerit. Erat. Gn. piſo
eodem tempore adoleſcens nobilis: ſumme au/
dacie: egen9: factioſus. Quem ad perturbandā
R. P. inopia atq; mali mores ſtimulabant. Cū
boc Catilina et Antronius circiter nonas de/
cembris conſilio communicato: parabant in ca/
pitolio: Kal̃. Ian. L. Coctam et. L. torquatū
conſules interficere: ipſi correptis faſcibus pi/
ſonem cum exercitu ad optinendas duas Hiſ/
panias mittere. Ea re cognita rurſus in nonas
februarias conſilium cedis tranſtulerunt. Iam
tunc non conſulibus modo: ſed pleriſq; ſenato/
ribus perniciem machinabantur. quod niſi Ca
tilina maturaſſet pro curia ſignum dare ſociis
Eo die poſt conditam urbem Romam tam peſ
ſimum facinus patratum foret: quia nondum
frequentes armati conuenerāt. Ea res conſili/
um diremit. Poſtea piſo in citeriorem Hiſpa/
niam queſtor pro pretore miſſus eſt adnitente
Marcbo craſſo: q eū īfeſtū īimicūq; bēret Gn:
pompeio cognouat. Neq; tā ſenat9 ꝓuinciā in
uit9 dederat qppe fedū boīez a rep. ꝓcul eē uo
lebat ⁊ ſil̃ qa boni ꝯplurs p̃ſidiū ī eo putabāt.
eē tūc pō. Gn. P. formidoloſa erat. ſʒ is piſo in

prouincia ab equitibus Hiſpanis quos in exer
citu ductabat iter faciens occiſus eſt. Sunt qui
ita dicunt imperia eius iniuſta: ſuperba: crude
lia barbaros nequiſſime pati: alii autem eq̄tes
illos. Gn. P. veteres fidoſq; clientes ex uolunta
te eius piſonem aggreſſos: nunq̄ Hiſpanos pre
terea tale facinus feciſſe: ſed imperia ſceua mul
ta ante perpeſſos. Nos eam rem in medio relin
q̄mꝰ. De ſup̄iori coniuratione ſatis eſt dictuꝫ.

Atilina ubi eos quos paulo ante comme
moraui conueniſſe uidet: tametſi cum ſin
gulis multa ſepe egerat tamen in rem fore cre/
dēs vniuerſos appellare et cohortari in abditā
partē edium ſecedit: atq; ibi omnibus arbitris
procul amotis: orationem huiuſcemodi habuit.
Niſi uirtus fideſq; ueſtra ſpectata mihi foret.
ne quicq̄ oportuna res accidiſſet. Spes magna
dominationis in manibus fruſtra fuiſſet: neq;
ego per ignauiam: aut uana ingenia pro certis
incerta captarem. Sed quia multis et magnis
tempeſtatibus uos cognoui fortes fidoſq; mihi:
eo animus eſt auſus maximum atq; pulcerrimū
facinus incipere: ſimul quia uobis eadeꝫq; mi/
hi bona malaq; eſſe intellexi. Nam idem vel/
le atq; idem nolle ea demum firma amicicia eſt
Sed ego que animo atq; mente agitaui omnes
iā a me diuerſi audiſtis. Ceterum mihi in dies

magis magiſq; animus accenditur: cum conſi/
dero que conditio vite futura ſit / niſi noſmet
ipſos vendicamus in libertatem. Nam poſtq̃
.R.P. in paucorum potentiam ius atq; diti/
onem conceſſit: ſemper illis Reges Tetrarche
vectigales eſſe populi nationes / ſtipẽdia pẽ/
dere / ceteri omnes boni atq; ſtrenui / nobiles
atq; ignobiles vulgus fuimus ſine gratia ſine
auctoritate his obnoxii. quibus ſi .R.P. va/
leret: formidini eſſemus. Itaq; omnis gratia
potentia honos diuitie apud illos ſunt / aut
vbi illi volunt. Nobis reliquere repulſis: pe/
ricula iudicia egeſtatem. Que quouſq; tandeꝫ
patiemini o fortiſſimi viri? nõne emori p̱ vir
tutem preſtat: quã vitaꝫ miſeram atq; inho/
neſtam. vbi aliene ſuperbie ludibrio fueritis:
per dedecus amittere? Verum enimuero per
Deum atq; hominum fidem teſtor: victoria ĩ
manu nobis eſt. Viget etas / animus valet: cõt̃
illis annis atq; diuitiis oĩa conſenuere. Tan/
tummodo incepto opus eſt. cetera res ipſa ex/
pediet. Etenim quis mortalium cui uirile in/
genium eſt: tollerare poteſt iſtis diuitias ſu/
perare: quas profundant in extruendo mari
et in montibus coequandis? nobis rem famili/
arem etiã ad neceſſaria deeſſe? Illos binas aut
amplius continuare domos: nobis lareꝫ fami/
liarem nuſq̃ vllum eſſe? Cum tabulas ſigna

torreumata emunt:noua diruũt:alia edificãt.
Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt
vexant. tamen ſumma libidine diuitias ſuas
nequeunt vincere. At nobis domi inopia forꝭ
es alienum. Mala res ſpes multo aſperior de/
niqꝫ quid reliqui habemus preter miſeram a/
nimaꝫ? Quin igitur expergiſſimini et capeſ/
ſite remp. en illa libertas quam ſepe optaſtis
Preterea diuitie decus gloria ĩ oculis ſita ſunt
Fortuna ea omnia uictoribus premia poſuit.
Res tempꝰ pericula egeſtas belli ſpolia mag/
nifica magis q̃ oratio mea vos hortentur/ vel
ĩperatore vel milite me vtimini. Neqꝫ animꝰ
neqꝫ corpus a vobis aberit. Hec ipſa vt ſpero
vobiſcum vna conſul agam/ niſi forte animus
fallit me. Et vos ſeruire magis q̃ imperarẽ pa/
rati eſtis. Poſtq̃ accepere ea omnes/ quibus
mala abunde erant omnia. Sed neqꝫ res neqꝫ
ſpes bona ulla tametſi illis qui et amouerẽ rẽp.
magna merces videbatur. tamen poſtulauere
pleriqꝫ: vt proponeret que conditio belli foret
que premia armis peterent/ quid vbiqꝫ opis
aut ſpei haberent. Tunc Catilina polliceri
cepit tabulas nouas/ proſcriptionem locuple/
tum/ magiſtratus/ ſacerdotia/ rapinas/ alia
omnia que bellum atqꝫ libido victorum fert.
Preťea eſſe ĩ Hiſpãia citeriorẽ Piſonẽ ĩ Mau/

ritania cum exercitu . P. ſcicbium nucerinum
conſilii ſui participes: petere conſulatū et An
tonium quem ſibi collegaȝ fore: ſperaret homi
nem familiarem et omnibus neceſſitudinibus
circumuentum: cuȝ eo ſe conſuleȝ initiū agēdi
facturuȝ. ad hec maledictis increpabat omnes
bonos. Suorum vnumquemꝙ nominans lauda
bat: admonebat: alium egeſtatis: alium cupidi
tatis ſue: cōplures periculi aut ignominie ſue:
multos victorie ſyllane: quibꝰ ea prede fuerāt
poſtq̄ omnium animos alacres uidet: cohortatꝰ
vt petitioneȝ ſuam cure haberent: conuentum
dimiſit. Fuere ea tempeſtate qui dicerent Ca
tilinam oratione habita: cum ad iuſiurandum
populares ſceleris ſui addiceret: humani corpo
ris ſanguinem vino permixtum in pateris cir
cumtuliſſe. Inde cum poſt execrationeȝ omnes
deguſtaſſent: ſicuti in ſolēnibus ſacris fieri con
ſueuit: aperuiſſe conſiliū ſuū atꝙ eo dictitāte
feciſſe quo fidi magis forent inter ſe . aliꝰ alii:
tanti facinoris conſcii . Non nulli ficta hec et
multa preterea exiſtimabant eſſe ab his qui
Ciceronis inuidiam que poſtea orta eſt: leniri
credebant atrocitate ſceleris eorum qui penas
dederant . Nobis ea res pro magnitudine pa
ruȝ cōpta ē: Sȝ ī ea cōiuratione fuit . Q . curiꝰ
natus haud non obſcuro loco flagitiis atꝙ faci

noribus coopertus:quem cenſores a ſenatu pro
bri gratia amouerát .Huic homini non minor
vanitas inerat:q̃ audacia neq̨ reticere que au
dierat:neq̨ ſuamet ipſa ſcelara occultar̃ .Pror
ſus neq̨ dicer̃:neq̨ facere:quicq̃ pẽſi habebat.
Erat enim cum Fuluia muliere nobili ſtupri
vetus conſuetudo:cui cum minus eſſet gratus:
quia inopia minus largiri poterat repente glo
rians ex coniuratione maria mõteſq̨ polliceri
cepit et minari interdũ ferro niſi ſibi obnoxia
foret:poſtremo ferocius agitare q̃ erat ſolitus.
at Fuluia ĩſolentia curii cauſa cognita tale pe
riculum.R.P.haud occultum habuit .Sȝ ſub
lato auctore:de Catiline coniuratione queq̨
quomodo audierat q̃pluribꝰ narrauit .Ea res
imprimis ſtudia hominum accendit :ad conſu
latum mandandũ.M.Tullio ciceroni .Nãq̨
ante pleraq̨ nobilitas inuidia eſtuabat.et q̃ſi
pollui conſulatum credebat:ſi euȝ quãuis egre
gius homo nouus adeptus foret.Sed vbi peri
culũ aduenit inuidia atq̨ ſuperbia poſt fuer̃.
Igitur comitiis habitis conſules declarantur.
.M.Tullius et.Gn.A.Quod factuȝ primo
populares cõiurationis cõcuſſerat.Neq̨ tamẽ
Catiline furor minuebat̃:ſȝ ĩdies plura agita
re:arma p̱ Italiã opportunis locis parar̃:pecu
niã ſuã aut amicoꝝ fide ſũptaȝ mutuo feſulas

a d malliũ quendam portare: qui poſtca princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cuiuſqꝫ generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur. Mulieres etiam aliquot: que primo ingentes tolerauerãt ſumptus ſtupro corporis: Poſt vbi etas tantummodo queſtum neqꝫ luxurie modum fecerat: es alienum grãde conflauerãt: per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia vrbana ſollicitare. Vrbem incendere. viros earũ vel adiungere ſibi: vel interficere. Sed in his erat Sempronia que multa ſepe virilis auda/cie facinora cõmiſerat. Hec mulier genere atqꝫ forma: preterea viro ac liberis ſatis fortunata fuit: litteris grecis et latinis docta. pſallere et cantare elegãtius q̃ neceſſe eſt ꝓbe mulieri: et multa alia: que inſtrumemta luxurie ſunt. Sed ei cariora ſemper omnia q̃ decus et pudi/citia fuere. Pecunie an fame minus parceret haud facile diſcerneres: libidine ſic accenſa vt ſepius peteret viros q̃ peteretur. ſed ea ſepe antehac fidem prodiderat. creditum abiurauerat. cedis conſcia fuerat luxuria atqꝫ ĩopia preceps abierat. Verũ ingenium eius nõ abſurduꝫ erat poſſe ꝟſus facere. iocos moueř ſ̄mone uti: vel modeſto uł molli uł ꝓcaci. Prorſꝰ mľte facetie: multus q̃ lepos ĩerat. His rebꝰ cõparatis Catilina nihilominꝰ ĩ ꝓximũ annũ conſulatũ

petebat. Sperans ſi deſignatꝰ foret facile ſe ex voluntate Antonio vſurũ. Neqꝫ interea qetꝰ erat ſed omnibus modis inſidias parabat Cice roni. Neqꝫ illi tamen ad cauendum dolus aut aſtutie deerant. Nancqꝫ a principio conſulatꝰ ſui multa pollicendo: per fuluiaꝫ effecerat ut. .Q. curius de quo pauloante memoraui con ſilia Catiline ſibi proderet. Ad hoc collegam ſuum Antoniꝫ pactione prouintie ꝑpulerat ne contra. R. P. ſentiret: circũ ſe preſidia ami coruꝫ atqꝫ clientiũ occulte habebat. Poſtq̃ dies conitioruꝫ uenit: et Catiline neqꝫ petitio: neqꝫ inſidie quas conſuli fecerat proſpere ceſſere: conſtituit facere bellum et extrema omnia ex periri. quoniam que occulte tẽtauerat aſpera fedaqꝫ euenerant. Igitur. G. mallium feſulas: atqꝫ in eam ꝑtem hetrurie ſeptimum quendaꝫ carmetem in agruꝫ picenũ. G. Iuliũ ĩ apuliaꝫ miſit preterea aliũ alio quem vbiqꝫ oportunũ ſibi fore credebat. Interea ratione multa ſimul moliri conſuli inſidias tendere: parare incen dia oportuna: loca armatis hominibus obſidẽ. Ipſe cuꝫ telo eſſe. Iteꝫ alios iubere hortari vti ſemꝑ ĩtẽti paratiqꝫ eſſẽt dies nocteſqꝫ feſtinar̃ vigilare: neqꝫ ĩ ſõniis neqꝫ labore fatigari. Poſ tremo ubi agitãti nihil ꝓcedit: rurſus in tem peſta nocte principes cõiurationis prouocat ꝑ

.M. porciū leccã:ibiq̃ multa de ignauia eoꝝ queſtus docet ſe ad eam multitudinem malliū premiſiſſe:quam multitudinem ad capienda arma parauerat. Item alios in alia loca oppor tuna q̃ initiū belli facerēt:ſeq̃ docet ad exer/ tium proficiſci cupere ſi prius Ciceronem op preſſiſſet:eum conſiliis ſuis multum officere. Igitur ꝑterritis ac dubitātib9 ceteris .G. cor/ nelius eques. R. operam ſuã pollicitus:et cū eo. L. varguntelus ſenator cōſtituere ea nocte ꝑualopoſt cũ armatis hominibus ſicuti ſalu/ tatum introire ad Ciceronem ac de improuiſo domi ſue imparatum cōfodere:curius vbi in/ telligit quātū periculũ tullio cōſuli īpēdeat: propere per fuluiam Ciceroni dolum qui para batur enuntiat:Ita illi ianua probibiti tātum facinus fruſtra ſuſceperant. Interea Mallius ī Hetruria plebem ſollicitare egeſtate ſimul ac dolore iniurie nouarum rerum cupidam:quod ſylle dominatione agros bonaq̃ oia amiſerat. Preterea latrones cuiuſq̃ generis:quorū in ea regiōn magna copia erat:nōnullos ex ſyllanis colonis qb9 libido atq̃ luxuria ex magnis ra/ pinis nibil reliqui fecerant. Ea cum Ciceroni nūtiarent̃ ancipiti malo ꝑmotus:q̃ neq̃ vrbē ab īſidiis ꝑuato conſilio longi9 tueri poterat. neq̃ exercitus Mallii quātus aut quo conſilio

foret:ſatis compertum habebat:rem ad ſena/
tum refert iam antea vulgi rumoribus exagi/
tatam. Itaqꝫ qđ plerūqꝫ in atroci negotio ſolet
fieri ſenatus decreuit:vt darent operam con/
ſules nequit. R. P. detrimenti caperet. Et po
teſtas per ſenatum more romano :magiſtratui
maxima ꝑmittitur exercitium parare :bellum
gerere:coercere omnibus modis ſocios atqꝫ ci/
ues. Domi militieqꝫ imperium atqꝫ iudicium
ſummum habere:aliter ſine iuſſu populi nulli
earum rerum conſuli ius eſt. Poſt paucos dies
.L. ſeni9 ſenator in ſenatu litteras recitauit:
quas feſulis allatus ſibi dicebat:ī quib9 ſcrip/
tum erat. C. mallium arma cepiſſe cuꝫ magna
multitudine ante diem. vi. Kl. nouembrium.
ſimul id quod in tali re ſolet:alii portēta:atqꝫ
prodigia nunciabant:alii cōuentus fieri:arma
portandi capue atqꝫ in Apulia ſeruile bellum
moueri. Igitur ſenatus decreto. Q. M. rex fe
ſulas. Q. metel. creticus in apuleaꝫ :circumqꝫ
ea loca miſſi ſunt. nanqꝫ utriqꝫ ad vrbeꝫ impe
ratores erāt īpediti ne triumpharēt calumnia
paucorum quibus omnia honeſta et inhoneſta
vēdere mos erat ſꝫ p̄tores. Q. P. rufus capuā
.Q. metel. celer ī agrū picenū. Hiſqꝫ pmiſſū:
vti ꝓ tēpore atqꝫ ꝑiculo exercitū cōpararent.
Ad hoc ſi qs īdicauiſſet đ cōiuratione q̄ cōtra

remp. facta erat premium decreuere ſeruo li/
bertatem et. C. ſextertia. Et ſenatus conſulto
libero impunitatem eius rei. et ducenta milia
ſeſtertia. Itemq; decreuere uti gladiatorie fa/
milie capuam et in cetera municipia diſtribue
rentur pro cuiuſq; opibus. Rome per totam
vrbem vigilie haberentur: iiſq; minores ma/
giſtratus preeſſent. Quibus rebꝰ permota ci/
uitas: atq; immutata urbis facies erat: ex ſūma
leticia atq; laſciuia que diuturna quies pepe/
rerat: repente omnis triſticia inuaſit. feſtinar̄:
trepidare. neq; loco neq; homini cuiquaʒ magis
credere: neq; bellum gerere neq; paceʒ habere:
ſuo quiſq; metu pericula metiri. Ad hoc mu/
lieres quibꝰ reip. magnitudine belli timor in/
ſolitus inceſſerat: afflictare ſe ſe: manꝰ ſuppli
ces ad celum tendere: miſereri paruos liberos
rogitare: omnia pauere ſuperbia atq; deliciis
omiſſis: ſibi patrieq; diffidere. At Catiline
crudelis animus eadem illa mouebat tamen ſi
preſidia parabantur. Et ipſe lege plaucia in/
t̄rogatꝰ erat ab. L. paulo Poſtremo diſſimulā
di cā: aut ſui expurgādi ſicut Iurgio laceſſitꝰ
foret ī ſenatuʒ venit. Tū. M. T. conſul: ſiue
timēs p̄ſentiā: ſiue cōmotꝰ ira: orōnē habuit lu
culentam: atq; vtilē reip. quam poſtea edidit
ſcriptaʒ: ſed vbi ille aſcedit Catilina vt erat

paratus ad diſſimulanda omīa: demiſſo vultu voce ſupplici poſtulaṙ patribus cepit ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortuꝫ. ita ſe ab adoleſcentia dicebat vitam inſtituiſſe: vt omnia bona in ſpe haberent. Ne exiſtimarent ſibi patritio homini. cuius ipſi9 atq; maiorum plurima beneficia in plebem. Ro. eſſent perdita rep. opus eſſe cum eam ſeruaret. M. T. inquilinus ciuis vrbis. Ro. ad hec maledicta allia cum adderet obſtrepere omnes: hoſtem et paricidam vocare. Tum ille furibund9 īquit. quoniam quideꝫ ego circumuētus ab inimicis preceps agor incendium meum ruina veſtra extinguam. Deinde ſe ex curia domuꝫ proripuit. Ibi multa ſecuꝫ uoluens: quod neq; inſidie conſuli procedebant et ab incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam: optimū factu credens exercitum augere: ac priusq̄ legiones ſcriberentur: multa ante capere ea q̄ bello uſui forēt. Nocte in tempeſta cū paucis ī malliana caſtra profpectus ē. Sed cethego: atq; lentulo ceteriſq; quoꝝ cognouerat prōptam audaciaꝫ mādat qbus rebus poſſent opes factiones confirmēt: inſidias cōſuli maturēt. cedē incendia aliaq; belli facinora parēt: ſe ſe ꝓpediem cum magno exercitu ad vrbem acceſſurum. Dum hec Rome geruntꝰ. C. Mallius ex ſuo numero

legatos ad .Q.Martium regem mittit cum mandatis huiuſcemodi. Deos hominesq; teſtamur Imperator nos arma neq; contra patriam cepiſſe: neq; quo periculum aliis faceremus: ſz vti corpora noſtra ab iniuria tuta forent: qui miſeri egentes: violentia atq; crudelitate feneratorum: pleriq; patria: ſz omnes fama atq; fortuna expertes ſumus. Neq; cuiq̃ noſtrum licuit: more maioruz lege vti: neq; amiſſo patrimonio liberum corpus habere: tanta ſeuitia feneratorũ atq; p̄toris fuit: Sepe maiores noſtri miſerti plebis Romane decretis ſuis inopie eius opitulati ſunt: ac nouiſſime memoria noſtra propter magnitudinem aeris alieni: volentibus omnibus bonis argentum communi ere ſolutum eſt. Sepe ipſa plebs aut dominandi ſtudio permota aut ſuperbia magiſtratuum: armata patribus ſeceſſit. At nos nõ ĩperiũ neq; diuicias petimus: quaruz rerũ cauſa bella atq; certamina inter mortales ſunt: Sed libertatem quam nemo bonus niſi cum anima ſimul amittit: Te atq; ſenatum obteſtamur: vt conſulatis miſeris ciuibus: legis preſidium quod iniquitas Pretoris eripuit reſtituatis: Neue nobis eam neceſſitudinem imponatis: vt queramꝰ quonã modo maxĩe vlti ſanguinẽ noſtrũ pereamus ad hec .Q.M. reſpõdit: ſi quid ab

ſenatu petere petere vellent. ab armis diſce/dant: Romam ſupplices proficiſcantur. Ea manſuetudine et ea miſericordia dicit ſenatū et. R. P. ſemper fuiſſe ut nemo vnquā fruſtra ab eo petiuerit auxilium. At Catilina ex iti/nere pleriſq; conſularibus preterea cuiq; optio litteras mittit: ſe dicebat falſis criminibus cir cumuentum quoniam factioni inimicoruz re/ſiſtere nequiuerit: fortune cedere. Maſſiliam in exilium proficiſci non quo ſibi tanti ſceleri eſſet conſcius. Sz vti. R. P. quieta foret: neue ex ſua cōtentione ſeditio oriretꝛ. Ab his longe diuerſas litteras. Q. Catulus in ſenatu reci/tauit: quas ſibi nomine Catiline redditas dice bat. Earum exempluz infraſcriptū eſt. L. Ca tilina ſalutem. Q. catulo. Egregia tua fides re cognita grata mihi magis ī meis periculis: fiduciā commendationi mee tribuit. Quāobrē defenſionez in nouo conſilio non ſtatui parar̄: ſatiſfactionem ex nulla conſciencia de culpa: proponere decreui: quam mediuſfidiꝰ uera li/cet veraz cognoſcas iniuriis contumeliiſq; con citatus: quod fructu laboris induſtrieq; mee priuatus ſtatum dignitatis non obtinebā pu/blicaz miſeroꝝ cauſam pro mea conſuetudine ſuſcepi. Non quia es alienū meis nominibꝰ ex poſſeſſionibꝰ ſumptum ſoluere nō poſſez cū et

alienis nominibus liberalitas horeſtille ſuis fi-
lieq; copiis perſolueret: ſed quod non dignos
homines honore honeſtatos videbā: meq; falſa
ſuſpitione alienatū eſſe ſentiebā: hoc nomine
ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes relique dig/
nitatis conſeruande ſum ſequutus. Plura cum
vellem ſcribere nunciatū eſt mihi parari vi.
Nunc Horeſtillam cōmendo tueq; fidei trado
eam ab iniuriis defendas per liberos tuos ro/
gatus aueto. Sed ipſe paucos dies conmoratus
apud. C. Flamineum in agro arretino: dum
vicinitatem armis antea ſolicitatam exornat:
cum facibus atq; aliis imperii inſignibus: In
caſtra ad Malliū contendit. Hec vbi Rome
comperta ſunt: Senatus Catilinā: et Malliū
hoſtes iudicat. Cetere multitudini diem ſta/
tuit: antequam ſine fraude liceret ab armis diſ
cedere. preter: rerum capitaliū condemnatis:
preterea decernit uti conſules delectum habe/
ant: Antonius cum exercitu Catilinam proſe
qui maturet Cicero vrbi preſidio ſit ea tem/
peſtate mihi imperium. P. R. multo maxime
miſerabile viſum eſt. Cui cum ad occaſum ab
ortu ſolis omnia domita armis parerent domi
otium atq; diuitie que prima mortales putāt
affluerent fuere tamē ciues q ſeq;. R. P. obſti
natis animis pditū irēt. Nāq; duob9 ſenatus

decretis ex tāta mľtitudine necꝫ p̄mio īduct9:
coniurationez patefecerat necꝫ ex caſtris Ca/
tiline quiſquam hominum diſceſſerat. Tanta
vis morbi atcꝫ vti tabes pleroſcꝫ ciuium ani/
mos inuaſerat. Necꝫ ſolum illis aliena mens
erat: qui conſcii coniurationis fuerant: Sed om
nino cuncta plebs nouarum rerum ſtudio: Ca
tiline incepta probabat. Id adeo ſuo more vi
debatur facere. Nam ſemper in ciuitate fuere
homines: quibus opes nulle ſunt: bonis inui/
dent. malos extollunt: vetera odere: noua ex
optant odio ſuarum rerum mutari omnia ſtu
dent. Turba atcꝫ ſeditionibus ſine cura alun
tur: quoniam egeſtas facile habetur ſine dāno.
Sed vrbana plebs ea vero preceps erat mul/
tis de cauſis: primum omnium qui vbicꝫ pro/
bro atcꝫ petulantia maxime preſtabant. Item
alii qui per dedecora amiſſis patrimoniis.
Poſtremo omnes quos flagitium aut facinus
domo expulerat: hi Romam ſicut aqua in ſen
tinam confluxerant. Deinde multi erant me/
mores Syllane victorie: qđ ex Gregariis mili
tib9 alios ſenatores videbāt: alios ita diuites:
vt regio victu atcꝫ cultu vitam agerent: Sibi
quiſcꝫ ſi in armis foret: ex victoria talia ſpera
bat: Preterea iuuent9 q̄ in agris manuum mer
cede inopiā tolerauerat priuatis atcꝫ publicis

largitionibus excita: vrbanum ocium in grato
labori pretulerat. Eos atqꝫ alios omnes maluꝫ
publicum alebat. Quominus miranduꝫ eſt ho
mines egentes: malis moribꝰ maxima ſpe. R.
. P. iuxta ac ſibi conſuluiſſe. Preterea quorum
victoria Sylle ꝓſcpti parẽtes et bona erepta
et ius libertatis ĩminutuꝫ erat. haud ſane alio
animo belli euentuꝫ expectabant. Ad hoc qui
cunqꝫ aliarum partium atqꝫ ſenatus erant: con
turbari remp. quam minꝰ valere ipſi malebãt
Ideo malum priſtinuꝫ multos poſt annos in ci
uitatem reuerterat. Naꝫ poſtq̃. Gu. Pompeio
et. M. craſſo conſulibus tribunitia poteſtas
reſtituta eſt. Homines adoleſcentes ſummam
poteſtatem nacti quibus etas animuſqꝫ ferox
erat: cepere ſenatum criminando plebem exa/
gitare. deinde largiendo: atqꝫ pollicendo ma
gis incendere ita ipſi clari potenteſqꝫ fieri. Cõ
tra eos ſumma ope nitebatur pleraqꝫ nobilitas
ſenatus ſpecie: pro ſua magnitudine; Nanqꝫ
vti paucis verum abſoluam poſt illa tempora
quicunqꝫ. R. P. agitauere honeſtis nominibus
alii ſicuti populi iura defenderent pars quo ſe
natus auctoritas maxima foret: bonũ publicũ
ſimulantes. ꝓ ſua qſqꝫ potẽtia certabat. Neqꝫ
illis modeſtia: neqꝫ modꝰ ꝯtẽtioĩs erat. Vtriqꝫ
victoriã crudelit̃ exercebãt. Sꝫ poſtq̃. Gn. P.

ad bellum maritinum: atq mitridaticũ miſſ9 eſt :plebis opes ĩminute :paucorum potentia creuit. Hi magiſtrat9 prouincias:aliaq omĩa tenere ipſi innoxii florentes ſine metu etatem agere :Ceteroſq iudiciis terrere :quo plebem in magiſtratu placidius tractarent. Sed vbi primum dubiis reb9 nouandis ſpes oblata eſt: vetus certamen animos eorum arrexit. Quod ſi p̄mo p̄lio Catilina ſuperior aut equa manu diceſſiſſet: profecto magna clades atq calami tas. R. P. oppreſſiſſet. Neq illis qui victori am adepti forent diutius ea uti licuiſſet; quin defeſſis et exanguibus qui pl9 poſſet imperi/ um atq libertatem extorqueret. fuere tamen extra coniurationez complures q ad Catilinã in initio profecti ſunt. In his erat Fuluius ſe natoris filius quem retractuz ex itinere parẽs necari iuſſit. Iſdem temporibus Rome Len/ tulus ſicuti Catilina preceperat: quoſcũq mo ribus aut fortuna nouis reb9 idoneos eſſe crede bat: aut per ſe aut per alios ſollicitabat. Neq ſolum ciues ſed cuiuſcunq modi genus homi num quod modo bello vſui foret. Igitur. P. Vmbreno cuidam negotium dat: vti legatos Allobroguz requirat: eoſq ſi poſſet impellat ad ſocietatem belli: Exiſtimans publice priua timq ere alieno oppreſſos. p̃terea q̃ nat̃a gens.

gallica bellicoſa eſſet. facile eos ad tale conſili
um adduci poſſe. Vmbrenus qui in gallia nego
ciatus erat: pleriſq; conſulibus ciuitatum not9
erat atq; eos nouerat. Itaque ſiñ mora vbi pri
mum legatos in foro cōſpexit pcontat9 pauca
de ſtatu ciuitatis et quaſi dolens eius caſuz re
quirere cepit: quem exitum tantis malis ſpera
rent. Poſtq̃ illos videt queri d̄ auaritia magiſ
tratuum accuſare Senatum: quod in eo nihil
auxilii eſſet ſuis miſeriis remedium expectare
mortem. at ego inquit oſtendam vobis ratio
nem ſi modo viri eſſe vultis: qua tanta mala
iſta effugiatis. Hec vbi dixit: allobroges ĩ ma
ximam ſpem adducti. Vmbrenuz orare ut ſui
miſereretur: nil tam aſperum nil tam difficile
eſſe qđ nō cupidiſſime facturi eſſent. Dum ea
res ere alieno ciuitatez liberaret. Ille eos in do
mum. D. Bruti perducit: q̄ foro propinqua
erat: neq; aliena conſilii: propter ſemproniaz.
Nam tum Brutus Roma aberat. preterea Ga
binum arceſſit: quo maior auctoritas ſuo ſer
moni ineſſet. Eo preſente coniurationem ape
rit. nominat ſocios. Preterea multos cuiuſq;
generis innoxios quo legatis animus amplior
eſſet. Deinde eos pollicitos operam ſuam do
muz dimittit. Sed Allobroges diu in incerto
habuere quidnã conſilii capent. In altera pte:

erat es alienum:ſtudium belli:magna merces ī
ſpe victorie atq; in altera maiores opes:tuta
conſilia pro īcerta ſpe certa premia.Hec igi/
tur illis voluentibus tandez fortuna vicit.P.
R.itaq;.Q.fabio ſange cui9 patrocinio ciui
tas plurimum utebatur.rem omnem uti cogno
uerant aperiunt.Cicero per ſangam conſilio
cognito legatis precepit ut ſtudiū coniuratio
nis vehementer ſimulent:ceteros adeant.bene
polliceantur.Dentq; operaz uti eos q̃maxime
manifeſtos habeant.hiſdem fere temporibus ī
Gallia citeriore atq; ulteriore.Item in agro pi
ceno brutia:apulia mot9 erat.Nanq; illi quos
antea Catilina dimiſerat:inconſulte ac veluti
per dementiā cuncta ſimul agebant nocturnis
conſiliis armorum atq; telorum portationibus
feſtinando exagitando omnia plus timoris q̃
periculi effecerant.Ex eo numero complures.
Q.metell9 celer p̄tor ex ſociis Catiline cauſa
cognita in vincula coniecerat.Item in citerior̄
gallia.C.munera qui ei prouincie legatus pre
erat.at Rome Lentulus cum ceteris qui prin
cipes coniurationis erant.paratus vt videba
tur magnis copiis conſtituerat:uti cum Catili
na in agrum feſulanum cum exercitu veniſſet
L.beſtia.Tri.Ple.contione habita conquere
retur d̄ actionib9 Ciceronis belliq; grauiſſimā

uiſſimaꝫ inuidiam optimo conſuli imponeret
Eo ſigno proxima nocte cetera multitudo cō/
iurationis ſuū qſqꝫ negocium exequeret̃ ſed ea
diuiſa hoc modo dicebantur. Statilius ⁊ Ga/
binius vti cum magna manu duodecim ſimul
oportuna loca urbis incenderent quo tumultu
facilior aditus ad conſuleꝫ ceteroſqꝫ quibus ī/
ſidie parabantur fieret. Cethegus Ciceronis
ianuaꝫ obſideret. Eūqꝫ ui aggrederetur. Aliꝰ
autem alium. Sed filii familiarum quorum ex
nobilitate maxima pars erat: parentes inter/
ficerent ſimł cede et īcendio perculſis omnibꝰ
ad Catilinam erumperent. Inter hec parata
atqꝫ decreta Cethegus ſemper querebatur de
ignauia ſociorum illos dubitādo: et dies pro/
latando: magnas oportunitates corrumpere:
facto non conſulto in tali periculo opus eſſe.
ſeqꝫ ſi pauci adiuuarent languentibꝰ aliis im/
petum ī curia facturum. Natura ferox: vehe/
mens: manu promptus erat. maximum bonum
in celeritate putabat. Sed allobroges ex pre/
cepto Ciceronis per Gabiniuꝫ ceteros ꝯueniūt
ab lentulo cethego: ſtatilio iteꝫ caſſio poſtulāt
iuſiurandum ꝙ ſignatum ad ciues perferant.
aliter haud facile eos ad tantuꝫ negociuꝫ im/
pelli poſſe. Ceteri nihil ſuſpicātes dāt. Caſ/
ſius ſemet eo venturum breui tp̄re pollicebat̃.

ac pauloante legatos ex vrbe proficiſcit̃. Len
tulus cum his tituz volturcium quendaz cro/
tonienſem mittit. vt allobroges priuſq̃ domũ
pergerẽt cum Catilina data atq; accepta fide
ſocietatez confirmarent. Ipſe Volturtio litt̃as
ad Catilinam dat. Quarum exemplum infra
ſcriptum eſt.

Vi ſim: ex eo quem ad te miſi cognoſces.
fac cogites: in quanta calamitate ſis / et
memineris te viruz eſſe. Conſideres: quid tue
rationes poſtulent. auxilium petas ab omnibꝰ
etiaz ab infimis. Ad hec mandata verbis dat
cuz ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit. quo conſilio
ſeruitia repudiet. In vrbe parata eſſe omnia
que iuſſerat: ne cunctetur ipſe propius accedẽ
His rebus ita actis conſtituta nocte qua pro/
ficiſcerentur: Citero per legatos cuncta doctꝰ
. L. Valerio Falcco et. C. Promptinio preto/
ribus imperat. vt ponte militio per inſidias
allobrogum comitatus: deprehendant. Rem
omnem aperit: cuiꝰ gratia mittebantur. Cet̃a
vti facto opus ſit: ita agant. et permittit illis
homines militares ſine tumultu: preſidiis col/
locatis ſicuti preceptum erat: occulte pontem
obſiderẽt. Poſtq̃ ad id loci legati cum Vult̃cio
venerunt et ſimul vtrinq; clamor exortus eſt:

galli cito cognito conſilio ſine mora pretoribꝰ
ſe tradunt. Vulturcius primo cohortatꝰ cet̃os
gladio ſe a multitudine defẽdit. Deinde vbi
a legatis deſertus eſt multa priꝰ de ſalute ſua
Promptinium obteſtatꝰ ꝙ ei notus erat. Poſ/
tremo timidus ac vite diffidens velut hoſtibꝰ
ſeſe pretoribus tradit. Quibꝰ rebus confectis
omnia per nuncios propere cõſuli declarantur
At illum ingens cura atqꝫ leticia ſimul occu/
pauere. Naꝫ letabatur intelligens coniurati/
one patefacta ciuitatem periculis ereptaꝫ eſſe
Porro auteꝫ anxius erat: dubitans in maximo
eſſe. P. R. vos mihi cognatorum vos affinium loco ducerem. Si ea feciſſem in veſtra amicicia exercitum diuitias munimenta regni me habiturų. Que precepta patris mei cũ agitarẽ. Iugurtha homo omnium ſceleratiſſimus quos terra ſuſtinet contẽpto veſtro imperio. Maſiniſſe me nepotem etiam a ſtirpe ſocium atq; amicum populi. R. regno fortuniſq; omnibus expulit. Atq; ego. P. C. quoniaʒ eo miſeriaꝝ eram venturus vellem potius ob mea quam ob maiorum meorum beneficia poſſe me a vobis petere auxilium: ac maxime vellẽ deberi mihi beneficia a P. Ro. quibus vtinam non egerẽ: ſed ſi ea deſideranda erãt vti debitis vterer. Sed quoniam paruʒ tuta per ſe ipſa probitas eſt: neq; in manu mihi fuit Iugurtha qualis foret: Ad vos confugi. P. C. quibus quod mihi miſerrimum eſt: cogor prius oneri quam vſui eſſe. Ceteri reges aut bello victi in amiciciam recepti ſunt a vobis: aut in ſuis dubiis rebus ſocietatẽ vrãʒ petiuerũt. Sʒ familia noſtra cũ populo Romano bello carthaginenſi inſtituit amiciciam: quo tempore magis fides eius quaʒ fortuna petenda erat. Quorum progenieʒ uos. P. C. nolite pati me nepotẽ Maſiniſſe fruſtra a vobis auxilium petere. Sʒ ad ĩpetrandũ nihil cauſe haberẽ preter miſerandã fortunaʒ

ꝙ paulo ante ego rex genere: fama atq̧ copiis potens. nunc deformatus erumnis. inops alie/nas opes expecto: tamē erat maieſtatis. P. R. probibere iniuriam; neq̧ pati cuiuſquam reg/num per ſcelus creſcere. Verum ego bis finibus eiectus ſum quos maioribus meis. P. R. dedit Vnde pater et auus meus vna vobiſcum expu lere Siphacem et Carthaginenſes veſtra be/neficia mibi erepta ſūt. p. c. vos ī iniuria mea deſpecti eſtis: Heu miſerum me buccine. Mi/cipſa pater beneficia tua euaſere: vt quem tu parem cum liberis tuis regniq̧ participem fe/ciſti is potiſſimum ſtirpis tue extinctor ſit. Nunquam ne ergo familia noſtra quieta erit: in ſanguine ſemper ne ferro fuga verſabitur. Dum Carthaginenſes incolumes fuere: iure oia ſeua patiebamur: boſtes a latere: vos amici procul. Spes omnis in armis ſita erat. Poſt/quaȝ illa peſtis ex Affrica eiecta eſt: leti pacē agitabamus. quibus quippe quis nullus boſtis erat niſi forte quem vos iuſſiſſetis. Ecce auteȝ ex improuiſo Iugurtba intoleranda audacia ſcelere atq̧ ſuperbia ſeſe efferens fratre meo atq̧ eodem propinquo ſuo interfecto primum regnū ei9 ſceleris ſui p̄dā fecit. Poſt vbi eiſdē dolis neqt me capē nibilmin9 quā vī aut bellū expectantē ī impio veſtro ſicut uidetꝯ extorrē

patria domo inopem et coopertum miſeriis effecit. Vt vbiuis tutius quam in meo regno eſſem. Ego ſic exiſtimabam. P. C. vti predi/cantem audieram partem meum qui diligēter veſtram colerent amiciciam eos multum labo/rem ſuſcipere: Ceterum ex omnibus maxime tutos eſſe. Quod ī familia noſtra fuit: preſtitit vt in omnibus bellis adeſſet vobis nos uti per ocium tuti ſumus in manu veſtra eſt. P. C. pa ter nos duos filios reliquit. tertium Iugurthā beneficiis ſuis ratus eſt coniunctum fore. Al/ter eorum necatus eſt. alterius ipſe et manus impias vix effugi. Quid agam: aut quo po/tiſſimum infelix accedam: generis preſidia oīa extincta ſunt. Pater uti neceſſe erat nature cō ceſſit. fratri quem minime decuit propinquus per ſcelus vitam eripuit: affines: amicos: pro/pinquos: ceteros meos alium alia clade oppreſ ſit capti a Iugurtha pars in crucem acti: pars beſtiis abiecti ſunt. Paucis quibus relicta eſt anima clauſi in tenebris: cum merore et luctu morte grauiorem vitam exigunt. Si omīa que aut amiſi aut ex neceſſariis aduerſa facta ſunt incolumia manerent tamē ſi quid ex īprouiſo mali accidiſſet vos implorarem. P. C. quibus pro magnitudine Imperii ius et iniurias om̄s cure eſſe decet. Nūc ꝓo exul patria domo ſol9

atq̧ omnium boneſtarum rerum egens quo ac/cedam: aut quo appellem: Nationes ne an reges: qui om̄s familie noſtre ob veſtrā amiciciā infeſti ſunt an quoq̄ adire licet ubi non maiorum meorum monimenta boſtilia plurima ſint an quiſq̄ noſtri miſereri poteſt: qui aliquādo vobis boſtis fuit. Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſtituit. P. C. ne quem coleremus niſi. P. R. ne ſocietates neq̧ federa noua acciperemus. abunde magna preſidia nobis in veſtra amicicia fore. Si huic imperio fortuna mutaretur: vna occidēduȝ nobis fore. Sed virtute ac diis volentibus magni et opulenti eſtis: omnia ſecunda et obediencia ſunt. Quo facili9 ſociorū iniurias curare licet. tantum illud vereor: ne quos priuata amicicia Iugurtha paꝝ cognita tranſuerſos agat: quos audio ego ſumma ope niti ambire fatigare vos ſingulos ne quid de abſente Iugurtha incognita cauſa ſtatuatis. fingere me verba et fugā ſimulare cui licuerit in regno manere. Quod vtinam illum cuius impio facinore in bas miſerias proiectus ſum eadem bec ſimulantem videam: et aliquando aut apud vos aut deos immortales rerum bumanaruȝ cura oriatur. Vt ille q̄ nūc ſceleribus ſuis ferox: atq̧ p̄clar9 ē om̄ib9 malis excruciat9 impietatis in parētem noſtrū fratris mei necis

mearumq̧ miſeriarum graues penas reddat. Iam iam animo meo cariſſime frater quãquam tibi ĩ maturo. et vnde minĩe ꝺcuit uita erepta eſt: tamen letandum magis q̃ dolendum caſuꝫ tuum puto. Non enim regnum. ſed fugam. exilium egeſtatem. et omnes has q̃ me premũt erumnas cũ anima ſimul amiſiſti. At ego in/felix ĩ tãta mala precipitat9 ex patrio regno: rerum humanarum ſpectaculum prebeo ĩcert9 quid agam. Tuas ne iniurias perſequar ipſe auxilii egens: an regno coſulaꝫ: cuius vite ne/ciſq̧ poteſtas ex alienis opibus pendet: vtinã amori fortunis meis honeſtus exitus eſſet: ne viuere contemptus viderer: ſi defeſſus malis iniurie conceſſiſſem. Nunc neq̧ viuere libet: neq̧ mori licet ſine dedecorẽ. P. C. oro uos per liberos atq̧ parentes veſtros per maieſtatem populi romani ſubuenite miſero mihi. Et ite obuiam iniurie nolite pati regnum numidie/ quod veſtrum ẽ per ſcelus ꝑ ſanguinẽ familie noſtre tabeſcere. Poſtquam rex finem loquẽdi fecit: legati Iugurthe largitione magis quam cauſa freti: Paucis reſpondent Hienſalem ob ſeuiciam ſuam a numidis interfectũ. Adher/balem vltro bellũ inferentẽ: Poſtquã ſuperat9 ſit: queri qꝺ iniuriã facerẽ nequiſſet. Iugurthã ab ſenatu petẽ: ne ſe aliũ putarẽt ac Numãtie

cognit9 eſſet. neu uerba inimici ante facta ſua ponerent. Deĩde vtriq; ex curia egrediuntur: ſenatus ſtatim conſulitur Fautores legatorũ: Preterea ſenatus magna pars gratia depra/uata Adherbalis dicta contemnere: Iugurthe virtutem extollere laudibus: gratia voce. De inde omnibus modis pro alieno ſcelere et flagi tio ſua quaſi pro gloria nitebantur. At cõtra pauci quibus bonum et equum diuitiis carius erat: ſubueniendum. Adherbali et Hienſalis mortem eſſe ſeuere vindicandam cenſebant. Sed ex omnibus maxime Emilius ſcaur9 homo nobilis impiger factioſus auidus potentie: ho noris: diuitiarum. Ceterum callide vicia ſua occultans. Is poſtquam vidit regis largitionẽ famoſam impudentemq; veritus quod in tali re fieri ſolet: ne polluta licentia inuidiam accẽ deret animum a conſueta libidine continuit. Vicit tantum in ſenatu pars illa que vero pre tium aut gratiam anteferebat. Decretum fit vti decem legati regnuz quod Micipſa obti/nuerat inter Iugurtham et Adherbalem diui derent. Cui9 legationis princeps fuit. L. opi mus homo clarus et tum in Senatu potens qui ꝯſulib9. G. Graccho et. M. fuluio flacco ĩfect] acerrime victoriaz nobilitatis ĩ plebẽ exercue rat. Euz Iugurtha tametſi rome ĩ amicis habu

erat tamẽ accuratiſſime recepit .Dãdo et pol
licendo multa pfecit vti fame:fidei poſtremo
omnib9 ſuis reb9 commodum regis anteferret.
Reliquos legatos eadem via aggreſſus ẽ.ple/
roſq; capit.paucis carior fides quam pecunia
fuit.In diuiſiõ regni que pars numidie mau
ritaniaꝫ attingit agro viriſq; opulentior Iu/
gurthe traditur .Illam alteram ſpecie quam
vſu potiorem que portuoſior et edificiis ma/
gis exornata erat Adherbal poſſedit.res poſ
tulare videtur Affrice ſitum paucis exponeȓ.
et eas gentes cum quibus nobis belluꝫ aut ami
cicia fuit attingere .Sed que loca et nationes
ob calorem aut aſperitatem inter ſolitudines
minus frequentia ſunt.De his haud facile com
pertum narrauerim.Cetera quaꝫ pauciſſimis
abſoluam.

N diuiſione orbis terre pleriq; in tercia
parte Affricam poſuere.Pauci tantum
modo Aſiam et Europam eſſe.ſed affricam in
Europa.Ea fines habet ab occidẽte fretuꝫ nr̄i
maris ⁊ occeani ab ortu ſolis decliuem latitu/
dinẽ .Quẽ locum cathabathon ĩcole appellãt.
mare ſeuũ ĩportuoſũ.Ager frugũ fertils.bon9
pecori.arboribus.ĩfecũdus.celo ťraq; penuria
aq̃ꝝ gen9 hoĩnũ ſalubri corpore.velox ſpatiẽs

laborum pleroſqꝫ ſenectus diſſoluit. niſi qui
ferro aut beſtiis interire. Nam morbus haud
ſepe quem quaꝫ ſuperat. Ad hoc malefici ge/
neris plurima animalia. Sed qui mortales in
initio Affricaꝫ habuerint quiqꝫ poſtea acceſſe
rint. aut quo modo inter ſe mixti ſunt. quam
quam ab ea fama que pleroſqꝫ obtinet diuerſū
eſt: tamen uti ex liberis punicis qui regis hien
ſalis dicebantur īterpretatum eſt nobis: vtiqꝫ
rem ſe ſe habere cultores eius terre putant quā
pauciſſimis dicam. Ceterum fides eius rei pe/
nes auctores erit. Affricam in initio habuere
Getuli et Libies aſperi īcultiqꝫ quis cibꝰ erat
caro ferina atqꝫ humi pabulum vti pecoribus.
Hi neqꝫ moribus neqꝫ lege aut imperio cuiuſq̄
regebantur: vagi palantes qua nox cogerat ſe
des habebant. Sed poſtq̄ ī hiſpania Hercules
ſicut Affri putant interiit: exercitus eius com
poſitus ex variis gentibus amiſſo duce: ac paſ
ſim multis ſibi quiſqꝫ imperiuꝫ petētibꝰ breui
dilabitur ex eo numero Medi per ſe et Ar/
menii nauibus in Affricam tranſuecti proxi/
mos noſtro locos occupauere. Sed per ſe intra
occeanum magis. Hiqꝫ alueos nauium inuerſos
ꝓ tuguriis habuer̄. Quia neqꝫ materia lignoꝝ
ī agris neqꝫ ab Hiſpanis emēdi aut mutadi co
pia erat: mare magnū ⁊ ignara līgua cōmertia

probibebant:Hi per ſe paulatim per conubia Getulos ſecuz miſcuere :Et quia ſepe tentãtes agros alia deinde loca petiuerant :ſemetipſos numidas appellauere. Ceteruz adhuc edificia numidaꝝ agreſtiuz q̃ mappalia illi vocant ob longa ĩcuruis la teribus tecta q̃ſi carina nauiũ ſunt. Medi autẽ et Armenii acceſſere libies. Nam bi ꝑprius mare affricuz agitabãt. getuli magis erãt ſub ſole haud longe ab ardoribus. hicq̃ mature oppida habuere:Naz freto diuiſi ab Hiſpania mature res inter ſe inſtituerant: Nomẽ earũ paulatiz libies corrupere barbara lĩgua mauros pro medis appellantes. Sed res perſarum breui adoleuit. ac poſtea numide no mine ꝑpter multitudinẽ a parẽtibus digreſſi: poſſedere ea loca que ꝓxime Carthaginem nu midia appellant̃. Deinde vtriq̃ alteris fieri: finitimos armis aut metu ſub imꝑium ſuum co gere. nomen gloriamq̃ ſibi addidere:magis hi qui ad noſtrũ mare ꝓceſſerãt quia libies quaz Getuli minus bellicoſi. Deinde Affrice pars ĩ ferior pleraq̃ ac numidis poſſeſſa ẽ victi om̃s in gentem nomenq̃ imperantium conceſſere: Poſtea phenices alii multitudinis domi minu ende gratia pars ĩperii cupidiñ ſollicita plebe et alii nouaꝝ rerum auidi:hipponẽ adrimetũ leptĩ:aliaſq̃ vrbes in ora maritima condidere

heq̃ breui multum aucte. Pars originibus ſuis preſidio alii decori fuere: Nam de carthagine ſilere melius puto q̃ parum dicere: quoniam ali o ꝓperare temp9 monet. Igitur ad cathabath mon qui locus Egiptum ab africa diuidit ſecũdo mari prima cinere eſt: Colonia Thereon ac deinceps due ſirtes. inter eas Leptis deinde Phileon are quem locum Egiptum uerſus finẽ imperii habuere Carthaginenſes poſt alie Punice urbes: cetera loca uſq̃ ad Mauritaniã numide tenent: proxime Hiſpaniã Mauri ſunt: Sup Numidiã Getulos accepimus partim in tuguriis. alios in cultis uagos agitare. Poſt eos ethiopes eſſe: deinde loca exuſta ſolis ardorib9 Igit̃ in bello iugurtino pleraq̃ ex punicis oppida et fines Carthaginenſiuz quos nouiſſime habuerant populus. Ro. per magiſtratus adminiſtrabat Getulorum magna pars et numidie uſq̃ ad flumen mulucha3 ſub iugurtha erát Mauris omnib9 Rex bochus imperitabat preter nomen per cetera ignarus populo. Ro. ite3 q̃ nobis neq̃ in bello neq̃ in pace antea cognitus erat. de Africa et eius incolis ad neceſſitudinem rei ſatis dictum eſt. Poſtq̃ diuiſo regno legati Africa diſceſſere et Iugurtha contra timorem animi premia ſceleris adeptum ſeſe uidet certum eſſe ratus quod ex amicis apud nu

manciam acceperat: omnia rome uenalia eſſe: ſi
mul et eorum pollicitationibus accenſus: quos
pauloante muneribꝰ expleuerat ĩ regnum Ad
herbalis animum intendit. Ipſe acer belli cõſus
At is quem petebat quietus in bellis placido ĩ
genio oportunus iniurie metuens magiſq̃ metu
endus. Igitur ex improuiſo fines eius cum mag
na manu inuadit multos mortales cum pecore:
atq̄ alia preda capit edificia incendit pleraq̄
loca hoſtiliter cuꝫ equitatu accedit. Deinde cũ
omni multitudine iꝛ regnum ſuum conuertit:
exiſtimans adherbalem dolore permotum: iniu
rias ſuas manu uindicaturum: eamq̄ rem belli
cauſam fore. At ille ꝙ neq̄ ſe parem armis exi
ſtimabat: et amicicia. P. R. magiſq̃ numidis
fretus erat. legatos ad iugurtaꝫ queſtum de in
iuriis miſit qui tametſi contumelioſa dicta re-
tulerant prius pati omnia tamen decreuit quã
bellum ſumere quia tentatum ante ſecꝰ ceſſerat
Neq̄ eo magis cupido Iugurthe minuetur. ꝗp
pe qui totum eius regnuꝫ animo iam inuaſerat
Itaq̄ non uti ante cum predatoria manu. ſed
magno exercitu conparato bellum gerere cepit
et aperte totius regni numidie imperium pete
re. Ceterum qua pergebat: vrbes agros uaſtare
predas agere: ſuis animum hoſtibus terrorem
augere: Adherbal ubi intelligit eo proceſſum

utí regnum aut relínquendum aut retínendum
armís eſſet : neceſſarío copías parat et Iugur/
the obuíus procedít:interím haud longe a ma/
rí prope Círtham oppídum:utríuſq; exercítus
conſedít:et quía díeí extremum erat: prelíum
non eſt ínceptum Sed ubí plerunq; noctís pro
ceſſít obſcuro etíam tum lumíne mílítes Iugur
thíní ſigno dato caſtra hoſtíuz ínuadunt:ſemí
ſõnos partím:alíos ſumentes arma fugant fun
duntq;. Adherbal cum paucís equítib9 Círthã
profugít Et ní multítudo togatorum fuíſſet q̃
numídas ínſequentes amenibus prohíbuít:uno
díe ínter duos reges : ceptum atq; patratuz bel
lum foret Iugurtha oppídum círcunſedít:uíne
ís turríbuſq; et machínís omníum generum ex/
pugnare aggredítur maxíme feſtínans temp9
legatum antecapere quos ante prelíum factum
ab Adherbale romã míſſos audíerat. Sed poſt
q̃ ſenatus de bello eorum accepít tres adoleſcẽ
tes in Afrícam legantur:quí ambos reges ade/
ant ſenatus populíq;.ro.verbís nuncíent:uelle
cẽſere eos ab armís díſcedere. Ita ſeſeq; íllíſq;
dígnum eſſe legatí ín Afrícam maturantes ue
níunt eoq; magís quod rome dum profícíſcí pa
rant de prelío peracto et de oppugnatíone cír
the audíebatur. Sed rumor demens erat. Quo
rum Iugurtha accepta oratíone reſpondít ſibí

neq̧ quicq̄ maius neq̧ carius eſſe auctoritate ſe natus ab adoleſcencia ita ſe enixum: ut ab op/timo quoq̧ probaretur: uirtute nō malicia. P. ſcipioni ſummo uiro placuiſſe. Ob eaſdem ar/tes a micipſa non penuria liberorum in regnū adoptatum eſſe. Ceterū ꝙ plura bene atq̧ ſtre nue feciſſet eo animuʒ ſuum iniuriaʒ minus tol lerare Adherbalem dolis uite ſue inſidiatum: quod ubi comperiſſet ſceleri obuiam iſſe popu lum romanum neq̧ recte pro bono facturum ſi ab iuregentium ſeſe prohibuerit. Poſtremo de omnibꝰ rebꝰ legatos romā breui tempore ſe eſſe miſſurum. Ita utrinq̧ digrediuntur. Adher/balis non fuit appellandi copia. Iugurtha ubi eos Africa diſceſſiſſe ratus eſt neq̧ loci propt̄ naturam cirtham armis expugnare poteſt. Val lo atq̧ foſſa menia circundat. turres extruit eaſ q̧ preſidiis firmat preterea die nocteq̧ aut per uim aut dolis tentare defenſoribus meniuʒ pre mia modo: modo formidineʒ oſtentare ſuos hor tando ad uirtuteʒ erigere prorſus intentus cūc ta parare. Adherbal ubi intelligit omnes for/tunas ſuas in extremo ſitas hoſtem infeſtum au xiliis et ſpem nullam penuria rerum neceſſaria rum bellum trahi non poſſe ex his qui una cir/tham profugerant duos maxime impigros dele git: eis multa pollicendo ac miſerando caſuʒ ſuū

confirmat: vti per hoſtium munitiones noctu
ad proximum mare deinde Romam pergerent
Numide paucis diebus iuſſa efficiunt littere
Adherbalis in ſenatu recitate ſunt: quarum ſē
tencia hec fuit.

On mea culpa ſepe ad uos oratuꝫ mitto
.P. C. ſed Iugurthe vis ſubegit: quem
tanta libido extinguendi me inuaſit euꝫ: ut ne
qꝫ uos neqꝫ deos īmortales in animo habeat: ſan
guinem meum quam omnia malit. Itaqꝫ quin
tum iam menſem ſocius et amicus. P. R. armis
obſeſſus teneor: neqꝫ Micipſe patris mei bene
ficia neqꝫ ueſtra decreta auxiliantur ferro an fa
me acrius urgear incertus ſum plura de iugur/
tha ſcribere dehortatur me fortuna mea: etiam
ante expertus ſum parum fidei miſeris eſſe ni
ſi tamen intelligo illum ſupra quā ego ſum pe
tere neqꝫ ſimul amiciciam ueſtrā et regnuꝫ meū
ſperare: utrum grauius exiſtimet nemini occul
tum eſt. Nam in initio occidit hienſalez fratrē
meum: Deinde patrio regno me expulit: que ſa
ne fuerint noſtre iniurie: nihil ad uos: Verum
nunc regnum ueſtrum armis tenet. Me quē uos
imperatoreꝫ numidis impoſuiſtis clauſum obſi
det. legatorū uerba quanti fecerit pericula mea
declarant quod reliquum niſi vis ueſtra qua

moueri poſſit nam ego quidem uellem et hec q̄
ſcribo et illa que antea in ſenatu queſtus ſuꝫ ua
na forent potius: q̄ miſeria mea fidem uobis fa-
ceret: Sed quoniam eo natus ſum ut Iugurthe
ſcelerum oſtentatui eſſem iam non morte neque
erumna ſed tantummodo inimici imperium et
cruciatus corporis deprecor: regno Numidie
quod ueſtrū ē uti libet conſulite me de manibꝰ
eripite impiis per maieſtatem imperii: per a-
micicie fidem rogo: ſi ulla apud uos memoria re
tinet aui mei Maſiniſſe. Huius litteris recita-
tis fuere qui Africam exercitum mittendum
ſerent q̄primum Adherbali ſubueniendum eē
de Iugurtha interim vti conſuleretur quoniaꝫ
non paruiſſꝫ legatis. Sed ab iiſdem eius fauto
ribus regis ſumma ope enixuꝫ eſt: ne tale decre
tum fieret ita bonum publicum ut in pleriſque
negociis ſolet fieri priuata gracia deuictum: le
gantur tamen in Africam maiores natu nobi-
les amplis honoribus uſi in quis fuit. M. emili
us ſcaurus de quo ſupra memorauimus conſula
ris et tum in ſenatu princeps: hi quod Iugur-
the inuidia res erat ſimul et a numidis obſecra
ti triduo nauem aſcendere deinde breui uticaꝫ
pulſi litteras ad Iugurtham mittunt quamociſ
ſime ad prouinciam accedat: ſeſe ad eum ab ſe-
natu miſſos. Ille ubi accepit homīes claros quo

rum auctoritatem Rome pollere audierat con
tra inceptum ſuum ueniſſe: primo commotus
metu atq̨ libidine diuerſus agitabatur. Time
bat iram ſenatus niſi paruiſſet legatis. Porro
animus cupidine cecus ad inceptum ſcelus ra/
piebatur: Vicit tamen auido ingenio prauum
conſilium Igitur exercitu circundato ſumma ĩ
cirtham irrumpere nititur: maxime ſperans de
ducta manu hoſtium: aut ui aut dolis ſeſe caſũ
uictorie inuenturuz. Quod ubi ſecus procedit:
neq̨ quod intenderat efficere poteſt ut priuſq̃
legatos conuenirent Adherbalis potiretur: ne
amplius morandum ſcaurum quem plurimum
metuebat incenderet: cum paucis equitibus in
prouinciam uenit: Ac tametſi ſenatus uerbis
graues mine nunciabantur: quod ab oppugna/
tione non deſiſteret: multa tamen oratione con
ſumpta legati fruſtra diſceſſere: Ea poſtq̃ cir
the audita ſunt: Italici quorum uirtute defen/
ſabantur menia confiſi deditione facta prop/
ter magnitudinez populi. Romani inuiolatos
ſeſe fore Adherbali ſuadent uti ſeq̨ et oppi/
dum Iugurthe tradat tantum ab eo paciſcatur
uitam de ceteris ſenatui cure fore. At ille tam
etſi omnia potiora fide Iugurthe regebatur ta
men quia penes eoſdem ſi aduerſaretur cogen/
di poteſtas erat: ita uti conſuluerant Italici de

ditionem facit.

Vgurtha in primis Adherbalem excruciatum necat deinde omnes puberes numidas atq; negociatores promiſcue uti quiſque armatus obuius fuerat interfecit. Quod poſtq̃ cognituz eſt rome et res in ſenatu agitari cepit idem ipſi miniſtri regis interpellando: ac ſepe gracia interdum iurgiis trahendo tempus: atrocitatem facti leniebant. Ac ni. C. Memius tribunus plebis deſignatus uir acer et infeſtus potencie nobilitatis populum Romanum non edocuiſſet id agi ut per paucos factioſos ſcel9 Iugurthe condonaretur: profecto omnis inuidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret: Tanta uis pecunie atq; gracie regis erat. Sed ubi ſenatus delicti conſciencia populum timet: lege ſempronia prouincie futuris conſulibus Numidia atq; Italia decrete ſunt Conſuleſq; declarati ſunt. P. Scipio naſica. L. beſtia Calphurni9 numidia Calphurnio: Scipioni Italia obuenit. Deinde exercit9 q in Africã portaretur ſcribitur: Stipendium aliaq; que bello uſui forent decernuntur. At Iugurtha contra ſpem nuncio accepto: quippe cui rome omnia venum ire in animo heſerat: filiũ et cum eo duos familiares ad ſenatum legatum mittit: Hiſ

que vti illis quos Hienſale interfecto miſerat
precepit vt mortales omnes pecunia aggredi/
antur Qui poſtquam romam aduentabant: ſe
natus a beſtia conſultus eſt placeret ne legatos
Iugurthe recipi menibus Hiq̧ decreuere niſi
regnum ipſumque deditum veniſſent: vti die
bus in proximis decem Italia decederent. Con
ſul numidis ex ſenatus decreto nunciari iubet.
Ita infectis rebus illi domum diſcedunt. Inte/
rim Calphurnius parato exercitu legit ſibi ho
mines nobiles factioſos quorum auctoritate q̄
deliquiſſet munita fore ſperabat. In quis fuit
Scaurus cuius de natura et habitu ſupra me/
morauimus. Nam in conſule noſtro multe bo/
neque artes animi et corporis erant: quas om/
nis auaricia prepediebat patiens laboris: acri
ingenio: ſatis prouidens: belli aut ignarus fir
miſſimus contra pericula: et inſidias. Sed le/
giones per Italiam regium atq̧ inde Siciliam
porro ex Sicilia in Africam tranſuecte ſunt.
Igitur Calphurnius initio paratis commea/
tibus acriter Numidam ingreſſus eſt. multoſ/
que mortales et vrbes aliquot pugnando ce/
pit. Sed vbi Iugurtha pecunia per legatos tē
tare belliq̧ quod adminiſtrabat aſperitatem
oſtendere cepit. Animus eger auaricia facile
conuerſus eſt. Ceterum ſocius et miniſter oīum

conſiliorū aſſumitur ſcaurus:qui tametſi a pͥn
cipio pleriſq; ex factione eius corruptis acerri
me regem impugnauerat tamen magnitudine
pecunie a bono boneſtoq; in prauum abſtract9
eſt. Sed Iugurtha primo tantūmodo belli mo
ram redimebat exiſtimans ſe interim aliquid
Rome precio aut gracia effecturum. Poſtea ue
ro quam participem negocii ſcaurum accepe
rat. In maximam ſpem adductus recuperande
pacis:ſtatuit cum eis de omnibus pactionibus
preſens agere. Ceterum interea fidei cauſa:mit
titur a conſule ſextus queſtor in oppidum Iu
gurthe uaccam. Cuius rei ſpecies erat acceptio
frumenti. quod calphurnius palam legatis im
perauerat quoniam deditionis mora inducie a
gitabantur. Igitur Rex uti conſtituerat in ca
ſtra venit:ac pauca preſenti conſilio loquutus
de inuidia ſui facti:atque uti in deditionem
acciperetur reliqua cum Beſtia et Scauro ſecre
ta tranſegit. Deinde poſtero die Perſariciam
legem ſentenciis exquiſitis in deditionem acci
pitur. Sed uti pro conſilio imperatum erat ele
phanti. xxx. pecus atq; equi multi cum non p
uo argenti pondere queſtori traduntur. Cal
furni9 Romā ad magiſtratus rogandos ꝓficiſ
cit̃. Intēa ĩ numidia ⁊ ĩ exercitu nr̃o pax agita
bat̃. poſtq̄ at̃ res in africa geſtas mō quoq; acte

forent fama diuulgauit:rome per omnes locos: et conuent9 de facto conſulis agitari. apud plebem magna inuidia orta eſt. patres ſollicitati erant probarent ne tantum flagicium an decretuȝ conſulis ſubuerterent parum conſtabat. ac maxime eos potentia Scauri quod is auctor et ſocius beſtie ferebatur a uero bonoq; impediebat. At. C. memius cuius de libertate ingenii et odio potentie nobilitatis ſupradiximus int̃ dubitationem et moras ſenatus conſcionib9 populuȝ ad uindicandū hortari: monere ne rēp. ne libertatem ſuam deſererent. multa ſuberba et crudelia facinora nobilitatis oſtendere prorſus intentus omnimodo plebis animuȝ accendebat. Sȝ quoniā ea tēpeſtate rome memii facundia clara pollenſq; fuit: decere exiſtimaui unaȝ ex taȝ multis orationibus eius perſcribere. Ac potiſſimum eam dicam quam in concione poſt reditum beſtie huiuſcemodi uerbis diſſeruit.

Vlta me dehortant̃ a uobis quirites: niſi ſtudium reipublice omnia ſuperet: opes factionis ueſtra paciencia ius nullum. ac maxime quod innocencie plus periculi quam honoris eſt. Nam illa quidem piget dicere: bis annis qndeciȝ q̃ ludibrio fuiſtis ſuberbie paucoꝝ.

quaꝫ fede:quamq̃ ĩulti perierint defenſores ue ſtri. ut uobis animus ab ignauia atq̃ ſecordia corruptus ſit.qui uos nunc quidem obnoxii ini micis nec exurgitis. atq̃ etiam nunc timetis e os quibus uos deceret terrori eſſe. Sꝫ q̃q̃ hec ta lia ſunt:tamen obuiam ire factionis potentie a nimus ſubigit .Certe ego libertatem que mihi a parente meo tradita eſt experiar. Verum id fruſtra an ob rem faciam in ueſtra manu ſitum eſt quirites. neq̃ ego uos hortor quod ſepe ma iores ueſtri fecere uti contra iniurias armati ea tis:nihil vi nihil ſeceſſione opus eſt neceſſe eſt ſuomet ipſi precipites eant. Occiſo Thiberio Graccho quem regnum ſibi parare aiebant in plebem romanam queſtiones habite ſunt. Poſt .C.gracchi et.M.fuluii cedem item ueſtri or/ dinis multi mortales in carcere necati ſunt.V/ triuſq̃ cladis non lex uerum libido eorum finẽ fecit.Sed ſane fuerit regni reparatio plebi ſua iura conſtituere quicquid ſine ſanguine ciuiuꝫ ulciſci nequit iure factum ſit.ſuperioribus an/ nis taciti indignabamini erarium expilari:re/ ges et populos liberos paucis nobilibus uecti/ gal pendere penes eoſdem et ſummam glori/ am et maximas diuicias eſſe:tamen hec talia fa cinora impune ſuſcepiſſe parum habuere. I ta que poſtremo leges maieſtas veſtra diuina

et humana omnia tradita ſunt hoſtibus. Neqꝫ
eos qui ea fecere pudet haud penitet ſed ince-
dunt per ora ueſtra magnifice: ſacerdocia et cõ
ſulatus. pars oſtentantes ſuos triumphos perī
de quaſi honori ea non prede habeant. ſeruire
parati iniuſta imperia dominorum non perfe
rũt. Vos quirites ī imperio nati equo animo ſer
uituteꝫ tolleratis. Atq̃ ſunt hi qui rempubli
cam occupauere: homines ſceleratiſſimi cruentꝭ
manibus: immani auaricia: nocentiſſimi: idem
qꝫ ſuperbiſſimi: quibus: fides: decus: pietas:
poſtremo honeſta: atqꝫ inhoneſta omnia que-
ſtui ſunt. pars eoruꝫ occidiſſe tribunos plebis:
alii queſtiones iniuſtas pleriqꝫ cedem in uos fe
ciſſe pro munimento habent. Ita quam quiſqꝫ
peſſime fecit tam maxime tutus eſt metuꝫ a ſce
lere ſuo ad ignauiam ueſtraꝫ tranſtulere. quos
omnes eadem cupere eadem odiſſe eadem metu
ere in unum cogit. ſed hec inter bonos amicicia
inter malos factio eſt. Quod ſi tantum uos li-
bertatis curam haberetis quam illi ad domina
tionem accenſi ſunt: profecto neqꝫ reſpublica ſi
cuti nunc uaſtaretur. et beneficia ueſtra penes
optimos non apud audaciſſimos forent. Maio
res ueſtri parandi iuris et maieſtatis conſtitu
ende gracia per ſeceſſionem armati Auenti-
num montem bis occupauere vos pro libertate

quam ab illis accepiſtis nonne ſumma ope nite
mini atq; eo uehementius quo magis dedecus
eſt parata amittere quaz omnino non paruiſſe
Dicet aliquis quid ergo cenſes: uindicandum ĩ
eos qui hoſti prodidere remp. non manu neque
ui quod magis uobis feciſſe q̈ illis accidiſſe in-
dignum eſt. Verum queſtionibus et iudicio e-
ius Iugurthe: qui ſi deditus eſt profecto iuſſis
ueſtris obediens erit. Sin ea contemnit. ſcilicet
exiſtimabitis: qualis illa pax aut deditio ſit ex
qua ad Iugurtham ſcelerum impunitas ad pau
cos potentes maxime diuicie ad remp. damna
atq; dedecora peruenerunt. niſi forte nonduz e
tiam vos dominationis eorum ſacietas tenet: ⁊
illa quaz hec tempora placent magis cum reg-
na prouincie: leges: iura: iudicia: bella: atq; pa
ces. poſtremo diuina et humana omnia penes
paucos erant. Vos autem hoc eſt. P. R. inuicti
ab hoſtibus imperatores omnium gentium ſatis
habebatis animam retinere. Nam ſeruitutem
quod quis ueſtrum recuſare audebat: Atq; ego
tametſi uirum flagicioſum exiſtimo impune in
iuriam accepiſſe tamen uos hominibus ſce-
leratiſſimis ignoſcere quoniam ciues ſunt e-
quo animo paterer niſi miſericordia in per-
niciem caſura eſſet. Nam et illi quantum in
oportunatis habent parum eſt. impune male

feciſſe: niſi deinde faciundi licencia eripiatur:
et uobis eterna ſollicitudo remanebit: Cum in
telligetis aut ſeruiendum eſſe aut per manus li
bertatem retinendam. Nam fidei quidem aut
concordie que ſpes eſt. dominari illi uolũt uos
liberi eſſe facere illi iniurias uos prohibere. po
ſtremo ſociis ueſtris ueluti hoſtibus pro ſociis u
tuntur. Poteſt ne in tam diuerſis mentibꝰ pax
aut amicicia eſſe. Quar̃ moneo hortorq; uos ne
tantuz ſcelus impunitum amittatis. Non pe
culatus erarii factus eſt: neq; ꝑ uim ſociis erep
te pecunie. Que q̃q̃ grauia ſint: tamen pro con
ſuetudine iam pro nihilo habentur hoſti acerri
mo prodita ſenatus auctoritas proditum impe
riuz ueſtrum eſt: domi miliciaeq;. P. R. uenalis
fuit. que niſi queſita erunt: niſi uindicatum in
noxios. quid erit reliquum niſi illis qui ea fece
re obedientes uiuamus. Nam impune quod li
bet facere id eſt regem eſſe neq; ego uos quiri
tes hortor ut malitis ciues ueſtros perperam q̃
recte feciſſe. Sed ne ignoſcendo malis bonos ꝑ
ditum eatis. Adhuc in republica multum pre
ſtat beneficii: q̃ maleficii immemores eſſe: bonꝰ
tantummodo ſegnior fit ubi negligas: at malus
improbior fit ad hoc ſi iniurie non ſint haud
ſepe auxilii egeas.

Ec atq̧ alía huiuſcemodí ſepe ín dícen/
do memi9 populo. Ro. perſuadet: ut. L
caſſi9 quí tuȝ pretor erat ad Iugurtham mitte
retur. eumq̧ interpoſita fíde publíca: Romam
duceret quo facilius índitío Regís Scaurí et re
líquorum quos pecuníe capte arceſſebant delíc
ta patefíerent. Dum hec Rome geruntur quí í
Numídía relíctí a Beſtía exercítuí preerant:
ſecutí morē ímperatorís ſuí pluríma et flagici
oſiſſíma facínora facere. Fuere quí auro corrup
tí elephantes Iugurthe traderent. Alií per fu
gas uenderent. pars ex pacatís predas agebāt
Tanta uís auarícíe animos eorum uelutí tabes
ínuaſerat. At Caſſius pretor prelata rogatio
ne. P. R. a. C. memío ac perculſa omní nobili/
tate tímore ad Iugurthaȝ profícíſcitur. eíq̧ tí
mído et ex conſcíencía diffídentí rebus ſuís p/
ſuadet quo populo. R. ſe dediſſet ne uím quā
míſerícordíam experírí mallet: príuatím pre/
terca fidem ſuam ínterponít quam ílle non mí
norís precíí quaȝ fídem publícaȝ ducebat. Ta
lís ea tempeſtate fama de Caſſio erat. Igitur
Iugurtha contra decus regíum q̄maxime míſe
rabílí cultu cum Caſſio romā uenít. At tam/
etſi ín ípſo magna uís animí erat cōfirmat9 ab
oīb9 quoꝝ potēcía aut ſcelere cūcta ea geſſerat
q̄ ſup̄dixi9: C. tñ bebiū tribunū plebis magna

mercede parat. Cuius impudentia contra ius et iniurias omnes munitus foret. At. C. memius aduocata contione quamq̃ regi infeſta plebs erat: et pars ĩ vīcula duci dicebat. pars interfici niſi ſocios ſceleris ſui aperiret more maiorũ de hoſte ſupplicium ſumi dicebat: dignitati magis quam ire conſulens ſedare motus et animos eorum mollire. Poſtremo confirmare fidem publicam per ſe inuiolatam fore. Poſt vbi ſilentium cepit fieri in populo: producto Iugurtha verba fecit. Rome Numidieq; facinora eius memorat. ſcelera in patrem fratreſq; oſtendit. quibus iuuantibus quibuſq; miniſtris ea egerit quamq̃ intelligat. P. R. tamen dicitur ſe velle manifeſte magis ex illo habere. Si vera aperiret in fide et in clementia populi. R. magnam ſpem illi ſitam. Sin reticeat non ſociis saluti: ſed ſe ſuaſq; fore res corrupturum. Deinde vbi memius dicendi finem facit et Iugurtha reſpõdere iuſſus eſt. C. bebeius tribunus plebiſ quem pecunia corruptum ſupradiximus Iugurtham regem tacere iubet: ac tametſi multitudo que in contione aderat vehementer accenſa terrebat eum cum clamore vultu ſepe impetu. atque aliis omnibus que ira fieri amat vicit tamẽ impudentia bebii. Ita populꝰ ludibrio habitꝰ ex contione diſceſſit Iugurthe Beſtieq; ⁊ ceteris,

quos illa queſtio exagitabat animi augeſcunt. Ea erat tempeſtate Rome numida quidam nomine Maſiua guluſſe filius Maſiniſſe nepos qui quia indiſceſſione regum Iugurthe adúſus fuerat dedita cirtha et adherbale interfecto profugus ex africa abierat: huic Albinus ſpurius qui proximo anno poſt beſtiam cum quīto munitio ruffo conſulatum gerebat: perſuadet quoniam ex ſtirpe maſiniſſe ſit Iugurtham ob ſcelera inuidia cum metu vrgeat regnuꝫ Numidie abſenatu vt petat. Auidus conſul belli gerundi mouere q̃ ſeneſcere omnia malebat. Ipſi Numidia prouincia. Macedonia munitio euenit. que poſtq̃ maſiua agitare cepit: neque Iugurthe ī amicis ſatis preſidii eſſe: quia eorum alia conſcientia alium mala fama. et timor impediebat: bomilcari proximo ſibi et. maximo fido imperat pretio ſicuti multa confecerat vt inſidiatores Meſiue prepararet ac maxime occulte. Sin id parum procedat quouiſmodo numidam interficiat. Bomilcar mature regis exequitur mandata et per homines talis negocii artifices itinera egreſſuſq; eius. poſtremo loca atq; tempora cuncta explerat. Ac deide vbi res poſtulabat īſidias tēdit. Igit̄ vn9 ex eo numero q ad cedē parati erāt paulo īconſultius Maſiuā aggredit̄ illūq; obtrūcat.

Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus et in
primis Albino conſule inditium profitetur.
Fit reus magis ex equo et bono quam ex iure /
gentium Bomilcar comes: qui Romam fide
publica venerat At Iugurtha manifeſtus tāti
ſceleris non prius omiſit contra verū niti quaƷ
animaduertit ſuper grariam atq; pecuniā ſu/
am inuidiam facti ſui eſſe. Igitur quam quaƷ
ex amicis in priori pactione quinquagita va/
des dederat: regno magis quam vadibus conſu
lens: clam dimittit in numidiam Bomilcarem
veritus ne reliquos populares metus inuaderet
parendi ſibi: ſi de illo ſupplicium ſumptū fo/
ret. et ipſe paucis diebus eodem profectus eſt:
iuſſus a ſenatu ab italia diſcedere. Sed poſtq̄
Roma egreſſ9 eſt: fertur eo ſepe tacitus reſpi/
ciens poſtremo dixiſſe. urbem venalem: et ma
ture perituram ſi emptorem inuenerit.

Nterim Albinus renouato bello comea/
tum ſtipendium alia que que militibus
uſui forent: maturat in africam portare ac ſta/
tim ipſe profectus eſt. vti ante comitia quod
tempus haud longe aberat: armis aut deditiōe:
aut quouiſmodo bellū cōficeret. At cōtra Iu/
gurtha trahē omnia et alias deīde alias cauſas
more facere: polliceri deditionē: ac deīde metū

ſimulare. cedere inſtanti. et paulopoſt ne ſui
diffiderent inſtare. ita belli modo modo pacis
mora conſulẽ ludificare. Ac fuere qui tũ Al/
binum haud Ignarum conſilii regis exiſtima/
rent. Neq; ex tanta properantia tam facile
tractum bellum ſocordia magis quam dolo cre
derent. Sed poſtquam dilapſo tempore comi/
tiorum dies aduentabat Albinus aulo fratre
relicto in caſtris pro pretore Roma diſceſſit.
Ea tempeſtate Rome ſeditionibꝰ tribunitiis
atrociter reſp. agitabatur. P. luciliꝰ. ⁊ lucinꝰ
ãniꝰ tribuni plebis cõtinnare mgiſtratũ reſiſtẽ
tibus collegis nitebãtur. que diſceſſio totius an
ni comitia impediebat. Ea mora in ſpem ad/
ductus Aulus quem pretorem in caſtris re/
lictum ſupra diximus: aut cõficiẽdi belli cau/
ſa: aut terrore exercitus ab rege pecunie capi/
unde: milites menſe Ianuario ex hibernaculis
in expeditionem euocat. magniſq; itineribus
hyeme aſpera peruenit ad opidum Subtul: vbi
regis theſauri erãt. Quod quamq̃ ſeuitia tẽpo
rꝫ et opportũitate loci neque capi neque obſide
ri poterat. Nam circum murum ſitum in pre
rupti mõtis extremo margine planities limoſa
hyemalibus aquis paludem fecerat: tamen aut
ſimulãdi gratia quo regi formidinem adderet:
aut cecus cupidine ob theſauros oppidi poti/

undi vineas agere: aggerem iacere aliaqꝫ que in
cepto vſui forēt ꝑparař. At Iugurtha cognita
vanitate atqꝫ imperitia legati ſubdole eius au
gere dementiam: minus ſitare ſupplicantes le/
gatos. Ipſe quaſi vitabūdus per ſaltuoſa lo/
ca et tramites exercitum ductare. Deinde Au
lum ſpe pactionis perpulit: vti relicto ſubthu
le in abditas regiones ſeſe veluti cedentem in/
ſequeretur. Ita delicta occultiora fuere. Int̃/
ea per homines callidos die noctuqꝫ exercitum
temtabat. Centuriones duceſqꝫ turmarum par
tim vti tranſfugerent corrumpere. Alii ſigno
dato locum vti deſererent: que poſtq̃ ex ſcen/
tentia inſtruit intempeſta nocte: de improuiſo
cum multitudine numidarum auli caſtra cir/
cumuenit. Milites romani tumultu perculſi in
ſolito arma capere: alii ſeſe abdere: pars terri
tos confirmare. Trepidare omnibus locis vis
magna hoſtium: celum obſcurum nubibus atqꝫ
nocte periculum anceps. poſtremo fugere an
manere totius foret incerto erat. Sed ex eo nu
mero pauloante corruptos diximꝰ: cohors vna
ligurum cum duabus turnis trachum ⁊ paucis
gregariis militibus tranſiere ad regem et centu
rio primipili tertie legionis per munitionem
quam vti defenderet acceperat: locum hoſtibꝰ
introeūdi dedit. eaqꝫ numide cuncti irrupere.

Noſtri fuga feda pleriq; abiectis armis pro/ximum collem occupauere. nox atq; preda caſ/trorum hoſtes quo minus victoria vterentur remorata ſunt. Deinde Iugurtha poſtero die cum Aulo in colloquio verba fecit. tametſi ip/ſum cum exercitu fame et ferro clauſum tenet: tamen ſe dicens humanarum rerum memorem ſi ſecum faceret fedus pacem incolumes omnes ſub iuguz miſſuruz preterea vti diebus decem a numidia decederent. Que quamq̄ grauia et flagitii plena erant. Tamen quia mortis metu mutabantur ſicuti regi libuerat pax euenit. Sz vbi ea Rome comperta ſunt metus atq; meror ciuitatem inuaſere. pars dolere pro gloria im perii. pars inſolita bellicarum rerum timere li bertati. Aulo omnes infeſti: ac maxime q̄ bello ſepe preclari fuerant: quod armatus cuz dede/core potius quā manu ſalutē queſiuerat. Ob ea conſul Albinus ex delicto fratris inuidiam ac deinde periculum timens: Senatum de federe conſulebat. et tamen interiz exercitui ſupple/mentum ſcribere: a ſociis et noīe latino auxilia arceſſere. Deniq; omnibus modis feſtinare. Se natus vti par fuerat decernit ſuo atq; populi ſine iuſſu nullum potuiſſe fedus fieri. Conſul impeditus a tribunis plebis ne quas parauerat ſibi copias ſecū portaret. pauc̄ dieb9 ī Affricā

proficiſcitur. Nā oīs exercitus vti cōuenerat: Numidia deductus in prouintia hyemabat. Poſtq̄ eo ventum ē quāq̄ pſequi Iugurthaz et mederi fraterne inuidie anim9 ardebat. Cog / nitis militibus quos preter fugā ſoluto impio licētia atq; laſciuia corruperat: Ex copia rerū ſtatuit ſibi nihil agendum. Interim rome. C. mamili9 limentinus tribun9 plebis rogationez ad populū pmulgat: vti quereret̄ ī eos quoꝝ conſilio Iugurtha ſenatus decreta neglexiſſet: quiq; ab eo ī legationibus aut īperiis pecunias accepiſſent q elephantos quiq; pfugas tradi / diſſēt. Itē q de pace aut bello cū hoſtib9 pac / tiones feciſſent huic rogationi ptiz cōſcii ſibi: alii ex ptiū īuidia picula metuentes: quoniam apte reſiſtere nō poterāt: quī illa et alia talia placere ſibi fateret̄: Occulte p amicos ac maxīe p hoīes latini noīs et ſocios italicos īpedimēta parbāt. Sz plebs īcredibili memoratu ē q̄tūq; ītenta fuerit: q̄tūq; vi rogationē iuſſerit ⁊ de / creuit ⁊ uoluerit: magꝫ odio nobilitatꝫ cui mala illa pa banẗ q̄ cura. P. R. tāta libido in ptib9 erat. Igitur ceterꝫ metu pculſis. M. ſcaur9 quē legatū beſtie ſup̄ docui9. īter letitiaz plebis et ſuorū fugā trepida etiā tū ciuitate: cū ex Ma millii rogatiōn tres q̄ſitores rogarent̄ effecerat vti ipſe in eo numero crearetur. Sz queſtione

exercitata aſpe violēterq̧ ex rumorē et libidīe
plebis vt ſepe nobilitati ſic ea tēpeſtate plebē
ex ſecūdis reb9 īſolētia cepat. Ceteꝝ mos ꝑtiū
populariū ⁊ ſenatoꝝ factionū: ac deīde omīuz
malaꝝ artiū paucꝗ ante ānis ort9 ē rome: Otio
atq̧ abūdātia eaꝝ reꝝ: q̄ ꝑma mortale ducūt.
Nā ante Carthaginē deletā popul9 et ſenat9
.R. placide modeſteq̧ īt ſe .R.P. tractabāt.
Neq̧ glorie neq̧ dominatiōīs certamē īt ciues
erat. met9 hoſtilis ī bonis artib9 ciuitatē reti/
nebat. Sz vbi illa formido mētib9 diſceſſit. ſ.
ea q̄ res ſecunde amant laſciuia atq̧ ſuperbia
īceſſere. Ita qđ ī adūſis rebus optauerāt otiuz
poſtq̄ adepti ſunt aſpius acerbiuſq̧ fit. Nāq̧
cepē nobilitas ſuaz dignitatē ī dominationez
.P. libertatē ī libidinē ꝓterent ſibi qſq̧ ducere
t̄here rape. Ita oīa in duas ꝑtes abſtracta ſunt
.R.P. q̄ media fuerat ē dilacerata. Ceteꝝ no
bilitas factione magis pollebat. Plebis vis ſo/
luta atq̧ diſpſa ī multitudine min9 poterat.
Paucoꝝ arbitrio belli domiq̧ .R.P. agitabat̄
penes eoſdē erariū ꝓuintie magiſtrat9 glorie
triūphiq̧ erāt. P. malicia atq̧ īopia vrgebat̄.
Predas bellicas īꝑatores cū paucꝗ diripiebāt.
Intea parētes aut pui liberi militū vti quiſq̧
potētiori affinis erat ſedibus pellebantur. Ita
cū potentia auaricia ſine modo modeſtiaq̧ in/

uadere. Polluere et vaſtare oīa nihil pēſi neq̄ ſancti habē̄: quo ad ſemetipſā p̄cipitauit. Nā vbi primuꝫ ex nobilitate repti ſunt: qui verā gloriaꝫ iniuſte potentie anteponerent moueri ciuitas et diſſēſio ciuilis quaſi permixtio terre oriri cepit. Nam poſtq̄ tiberius ⁊. C. gracch9 quorū maiores punico atq̄ aliis bellis multum rei. P. addiderāt: vendicare plebē ī libertatē: et paucorū ſcelera patefacere cepere nobilitas noxia atq̄ co pculſa modo per ſocios ac nomen latinum interdum per equites. R. quos ſpes ſocietatis a plebe dimouerat Gracchorū actio nibus obuiam ierat: et primo tiberium deinde paucos poſt annos ingrediētem eadem Caium tribunū. Alterꝝ triumuirꝝ coloniis deducēdis cum. M. fuluio flacco ferro necauerat: et ſane Gracchis cupidīe victorie haud ſatꝭ moderat9 animus fuerat. Sed bono vinci ſancti9 ē quam malo more īiuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex libidine ſua vſa multos mortales ferro aut fuga extīxit: pl9 ī reliquū ſibi timorꝭ quā potētie addidit. Que res plerūq̄ magnas ciuitates peſſūdedit: dū alteri alteros vincere quouis modo ⁊ uictos acerbi9 ulciſci uolūt. Sꝫ d̄ ſtudiis ꝑtiū et om̄ib9 ciuitatꝭ morib9 ſi ſigil latī aut ꝑ magnitudīe parē diſſerē̄ tēp9 q̄ res maturi9 me deſeret. Quāobrē ad īceptū r̄deo.

Oſt auli ſed9 exercituſq̧ nr̄i ſedā fugā:
Metellus et Syllanus ꝯſules deſignati:
ꝓuīcias īter ſe ꝑtiuerāt:Metelloq̧ Numidia
euenerat:acri viro et quamq̄ aduerſo ꝑtibus
populi:fama tamen equali ⁊ inuiolata.Is vbi
primuꝫ magiſtratus ingreſſus eſt:alia oīa ſibi
cum collega ratus:ad bellū quod geſturus erat
animū ītendit. Igit̄ diffidēs veteri exercitui
milites ſcribere:ꝑſidia vndiq̧ acceſſere.arma
tela:equos:et cetera īſtrumēta militie parar̄.
Ad hoc cōmeatuꝫ affatiꝫ deniq̧ omnia que in
bello vario et multarum rerum egēti vſui eſſe
ſolent. Ceterum ad ea patranda Senatus
auctoritate ſocii nomēq̧ latinū et reges vltro
auxilia mittendo:poſtremo omnis ciuitas ſū-
mo ſtudio adnitebantur.Igitur ex ſentencia
omnibus rebus paratis compoſitiſq̧ in Nu-
midiam proficiſcitur.magna ſpe ciuium tum
propter bonas artes tuꝫ maxime quod aduer-
ſum diuitias inuictum animum gerebat.et
auaritiam magiſtratuum ante id tempus nr̄e
opes contuſe hoſtiumq̧ aucte erant.Sed vbi
in Affricam venit exercitus ei traditur a
Spurio albino proconſule.iners.imbellis.neq̧
periculi neq̧ laboris patiens.Lingua quam
promptior:Predator ex ſociis et ipſe pre-
da hoſtium ſine imperio et modeſtia habitus

Ita imperatori nouo plus ex malis moribus ſo/
licitudinis quam ex copia militum auxilii aut
bone ſpei accedebat. Statuit tamen Metellus
quamq̄ et eſtiuoruȝ tempus comitiorum mora
inminuerat et expectatione euentus ciuiuȝ ani
mos intentos putabat: non prius bellum attin
gere: quam maiorum diſciplina milites labo/
rare coegiſſet. Nam albinus Auli fratris exer
citus que clade perculſus poſtquam decreuerat
non egredi prouintia quantum temporis eſti/
uorum imperio fuit plerumq̄ꝫ milites ſtatutis
caſtris habebat. niſi cum odor aut pabuli egeſ/
tas locum mutare ſubegerat. Sed neq̄ꝫ mo/
re militari vigilie ducebantur. vti cuiq̄ꝫ libe
bat ab ſignis aberat. Lixe permixti cum mili/
tibus die noctuq̄ꝫ vagabantur. et palantes a/
gros vaſtare. villas expugnare. pecoris et ma/
cipiorum predas certantes agere. ea que muta
re cum mercatoribus pro uino auictitio et aliis
talibus. Preterea frumentum publice datum
vendere. panem in dies mercari. poſtremo que
cunq̄ꝫ dici aut fingi queunt ignauie luxurieq̄ꝫ
probra in illo exercitu fuere et amplius alia.
Sed in ea difficultate Metellum nō minus quā
in rebus hoſtilibꝰ magnum et ſapientem viruȝ
fuiſſe comperio. tanta temperantia inter am/
bitionem ſeuitiamq̄ꝫ moderatum. Nam que

edicto primo adiuuēta ignauie ſuſtuliſſe dicit̃ ne quiſquam in caſtris panem aut quem alium coctum cibum vēderet: ne lixe exercitum ſeque rentur : ne miles gregarius in caſtris neu in ag mine ſeruum aut iumentuȝ haberet. Ceteris ar te modum ſtatuiſſe. Preterea tranſuerſis itine ribus quotidie caſtra mouere. Iuxta acſi hoſtes adeſſent vallo atq̄ foſſa caſtra munire. Vigili as crebras ponere: et eas ipſe cum legatis circū, ire. Item in agmine in primis modo:modo in poſtremis: ſepe in medio adeſſe. ne quiſquam ordine egrederetur: vt cum ſignis frequentes incederent. miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis q̃ vīdicando exer citum breui confirmauit tempore. Interea Iu, gurtha vbi que Metellus agebat exnuntiis ac cepit: ſimul de innocentia eius certior rome fac tus. diffidere ſuis rebus. Ac tum demum ve, ram deditionem conatus facere eſt Igitur lega tos ad cōſulem cū ſuppliciis mittit. Qui tantū modo ipſi liberiſq̄ vitam peterent: alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello iam ante experimentis cognitum erat numidarum genus infidū: ingenio mobili: nouarū rerū aui dū eſſe. Ita legatos aliū ab alio digreſſus ag, gredit̃: ac paulatim tentādo poſtquā opportu nos ſibi cognouit multa pollicēdo p̄ſuadet vti

Iugurtham maxime viuum ſin id parum pro/
cederet necatum ſibi traderent. Cetera palam
que ex voluntate forent regi nuntiare iubet.
Deinde ipſe paucis diebus intēto atque infeſto
exercitu in numidiam procedit. Vbi contra
faciem belli tuguria hominum plena pecora cul
toreſq̧ erant ex oppidis et mapalibus prefecti
regis obuiam procedebant: parati frumentum
dare comeatum portare. poſtremo omnia que
imperarentur facere. Neque metellus idcirco
minus ſed pariter hac ſi hoſtes adeſſēt munito
agmine incedere. late explorare. Omnia illa
deditionis ſigna oſtentui credere et inſidiis lo
cum tentare. Itaq̧ ipſe cum expeditis coborti
bus item funditorum et ſagittariorum delecta
manu apud primos erat. Inpoſtremo. C. Ma
rius legatus cum equitibus curabat. In vtrūq̧
latus auxiliarios equites: tribunis legionum: et
prefectis cohortum diſpartiuerat. vt cum his
permixti velites quocunque accederent: equi/
tatus hoſtium propulſarent. Nam in Iugur
tha tantus dolus tantaq̧ pericia locorum et mi
litie erat: vt abſens vel preſens pacem an bel/
lum gerens perniciosior eſſet incerto habere/
tur. Erat haud longe ab eo itinere quo me/
tellus pergebat oppidum numidarum nomi/
ne vacca forum rerum venalium totius regni

et maxime celebratum vbi et incolere ⁊ mercari conſueuerant italici generis multi mortales. Huic conſul tentandi gratia et ſi paterentur opportunitates loci preſidium impoſuit. Preterea imperauit frumētū et alia que vſui bello forent comportare: ratus id quod res monebat: frequentiam negotiatorum et comeatum etiam paratis rebus munimento fore. Inter hec negotia Iugurtha impēſius modo legatos ſupplices mittere: pacem orare: preter ſuam liberorū que vitam omnia Metello dedere. Quos vti priores conſul illectos ad proditionem domuꝫ mittebat regi pacem quaꝫ poſtulabat neqꝫ abnuere neque polliceri. Et inter eas moras promiſſa legatorum expectare. Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis comperuit: ac ſe ſuis artibus tentari animaduertit: quippe cui pax verbis nuntiabatur: ceterum re bellum aſperrimum erat: vrbs maxima alienata: ager hoſtibꝰ cognitus: animi popularium tentati: coactus rerū neceſſitudine ſtatuit armis certare. Igit̃ explorato hoſtium itinere in ſpeꝫ victorie adductus ex opportunitate loci: quammaximas poteſt copias omnium generum parat: ac per tramites occultos exercitū Metelli anteuenit. Erat ĩ ea parte numidie quā Adherbal ĩ diuiſione poſſederat flumē oriēs a meridie nomīe.

caſtris antecaperet. exiſtimans hoſtes crebro impetu et tranſuerſis preliis iter ſuum re/moraturos et quoniam armis diffiderent laſſitudinem et ſitim militum tentaturos hoſtes. Deinde ipſe pro re atq̧ loco ſicuti deſcẽderat monte paulatim procedere. Mariũ poſt prĩcipia habebat. Ipſe cum ſiniſtre ale equitibus eſſe: qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha vbi extremum agmen Metelli pri/mos ſuos pretergreſſum videt: preſidio quaſi duum milium montem occupat peditum qua Metellus deſcẽderat: ne forte cedentibus ad/uerſariis receptui ac poſt munimento foret. Deinde repente ſigno dato hoſtes inuadit. Numide alii poſtremo cedere: pars ſiniſtra ac dextra tentare: infenſi adeſſe atq̧ ĩſtare omĩ/bus locis romanoruȝ ordines conturbare. Quorum etiam q̧ firmioribus animis obuiã hoſtib9 fuerũt ludificati ĩcerto prelio: ipſi modo emi/nus ſauciabantur neq̧ contra feriendi aut cõ/ferendi manum copia erat. Ante iaȝ docti ab Iugurtha equites vbi Romanorum turba inſequi ceperat non confertim neq̧ in vnuȝ ſe recipiebant: alius alio quammaxime diuerſi. Ita numero plures ſi a perſequẽdo hoſtes de/terrere nequiuerant: diſiectos a tergo aut a lateribus circumueniebant. Sin opportunior

fuge collis quam campi fuerat ea uero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta eua/ dere. Noſtros aſperitas et inſolentia loci retinebat. Ceteruʒ facies totius negocii varia erat incerta feda atq; miſerabilis. Diſperſi a ſuis pars cedere. Alii inſequi neq; ſigna neq; ordines obſeruare. vbi quenq; periculuʒ cepe/ rat ibi reſiſter̄ ac propulſare: arma. tela. equi. viri. hoſtes. atq; ciues permixti. nihil conſilio neq; imperio agi. ſors omnia agere. Itaq; multum diei proceſſerat cum etiam euentus in incerto erat. Deniq; omnibus labore et eſtu languidis. Metellus vbi videt Numidas minus inſtare paulatim milites in vnum con/ ducit. ordines reſtituit. ⁊ cohortes legionarias quatuor aduerſus pedites hoſtium collocat. Eorum magna pars ſuperioribus locis feſſa cō ſederat. ſimul orare: hortari milites ne defi/ cerent: neu paterentur hoſtes fugiētes vincē. Neq; illis caſtra eſſe. neq; vllum munimentuʒ quo cedentes tenderent in armis omnia ſita. Sed neq; Iugurtha quidem interea quietus erat. Circumire. hortari. renouare prelium et ipſe cuʒ delectis tētare omnia: ſubuenire ſuis: hoſtibus dubiis inſtare: quos firmos cognoue/ rat: eminus pugnando retinere. Eo modo duo Imperatores ſummi viri certabant. Ipſi

pares.ceterum opibus imparibus. Nam. Me/
tello militum virtus erat locus aduerſus. Iu/
gurthe alia omnia preter milites opportuna.
Deniq Romani vbi intelligũt neq ſibi pro/
fugum eſſe. Neq ab hoſte copiam pugnandi
fieri etiam veſper erat; Aduerſo colle ſicuti
preceptum fuerat euadunt.amiſſo loco Nu/
mide fuſi fugati que pauci interiere. Ple/
roſq velocitas: et regio hoſtib9 ignara: tutata
ſunt. Interea Bomilcar quem elephantis et
copiarum Parti pedeſtrium perfectum ab Iu/
gurtha ſupra diximus: vbi cuz Rutilius pre/
tergreſſus eſt paulatim ſuos in equum locum
deducit: ac dum legatus ad flumen quo pre/
miſſus erat feſtinans pergit quietus vti res
poſtulabat aciez inſtruxit: neq remittit quid
explorare vbi que hoſtis ageret. Poſtquaz
Rutilium conſediſſe. iam et animo vacuum
accepit. ſimulq ex Iugurthe prelio clamorem
augeri: veritus ne legat9 cognita re laboran/
tibus ſuis auxilio foret: aciem quam diffidens
virtuti militum arte ſtatuerat quo hoſtium
itineri officeret latus porrigit. Eoq modo
ad Rutilii caſtra procedit. Romani ex
improuiſo pulueris vim magnaz animaduer/
tunt. Nam proſpectum ager arbuſtis con/
ſitus prohibebat. Et p̃mo rati humum aridaz

vento agitari. Poſt vbi puluerem equabilem manere. et ſicuti acies mouebantur magis ma/ giſq; appropinquare vident: Cognita re pro perantes arma capiunt: ac pro caſtris ſicuti imperabatur conſiſtunt. Deinde vbi propius ventum eſt vtrinq; magno clamore concurri/ tur. Numide tantummodo remorati dum in Elephantis auxilium putant. Poſtquam eos impeditos ramis arborum atq; ita diſiectos circumueniri vident: fugam faciunt ac pleriq; abiectis armis: collis ac noctis que iam aderat auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti. reliqui omnes numero triginta īterfecti ſunt. At romani quamq̄ itinere atq; opere caſ troruz & prelio feſſi laſſi: erant: tamē q̄ Me/ tellus amplius opinione morabatur inſtructi intentiq; obuiam procedunt. Nam dol9 Nu/ midaruz nihil languidi neq; remiſſi patieba/ tur. Ac primo obſcura nocte poſtquam haud procul inter ſe erant ſtrepitu uelut hoſtes ad/ uentare alteri apud alteros formidinem ſi/ mul et tumultum facere: et pene imprudentia eſſet admiſſum facinus miſerabile in vtrinq; premiſſi equites rem explorauiſſent. Igitur pro metu repente gaudium eſt ſimul exortuz. Milites alius aliū leti appellant. acta edocēt atq; audiunt ſua quiſq; fortia facta ad celum

effert. Quippe res humane ita ſe habent. In victoria vel ignauius licet gloriari. aduerſe res etiam bonos detrectant. Metellus in eiſdẽ caſtris quattriduo moratus ſaucios cure reficit: meritos in preliis more militie donat: vniuerſos in contione laudat atq; agit gratias hortatur ad cetera que leuia ſunt parem ani/mum vt ipſi gerant pro victoria ſatis pug/natum: reliquos labores prede fore. Tamen interim tranſfugas et alios opportunos. Iu gurtha vbi gentium aut quid ageret cũ pauc[is] ne eſſet: an exercitum haberet vt ſeſe victus gereret exploratum miſit. At ille ſeſe in loca ſaltuoſa: et natura munita receperat: ibiq; co/gebat exercitum numero hominum amplio/rem: Sed hebetem infirmumq; agri et pecoris magis q̃ belli cultorem. Id ea gratia eueniebat q[uod] preter regios equites nemo omnium Numi darum ex fuga Regem ſequitur. Quo cuiuſq; animus fert eo diſcedunt. Neq; id flagitium militie ducitur. ita ſe mores habent. Igitur Metellus vbi videt regis etiam tum ferocem animum eſſe. bellum renouari: q[uod] niſi ex illius libidine geri non poſſet. Preterea inimicum certamen ſibi cum hoſtibus minore detrimẽto illos vinci q̃ ſuos vincere. ſtatuit non preliis neq; in acie ſed alio modo bellum gerendum.

Itaqꝫ in loca Numidie opulentiſſima pergit: agros vaſtat caſtella multa et oppida temere munita: aut ſine preſidio capit: incenditqꝫ pu beres interficit. Iubet alia omnia militum eſſe predam. Et formidine multi mortales Ro manis dediti ſunt obſides. Frumentũ et alia omnia que vſui forent affatim prebita: Vbi/ cunqꝫ res poſtulabat preſidiuz eſt impoſituz. Que negotia multo magis q̃ preliuz male pug natum ab ſuis Regem terrebant. Quippe cui ſpes omnis in fuga ſita erat ſequi cogebatur. Et qui ſua loca defendere nequibat: in aliis locis belluz gerere. tamen ex inopia quod op/ timum videbatur conſilium capit exercitum plerunqꝫ in eiſdem locis operiri iubet ipſe cuz delectis equitib9 Metellum ſequitur noctur/ nis auiiſqꝫ itineribus ignoratus Romanos pa lantes repente aggreditur: Eorum pleriqꝫ in/ ermes cadunt. multi capiuntur. nemo omniuz intactus profugit ⁊ Numide priuſq̃ Roma/ nis ſubueniretur ſicuti iuſſi erãt in proximos colles diſcedunt. Interim Rome gaudium in/ gens eſt ortum cognitis Metelli rebus: vt ſeqꝫ exercitum more maiorum gereret: vt in ad/ uerſo colle victor tamen uirtute fuiſſet: hoſti/ um agro potiretur: Iugurtham magnificum ex auli ſocordia ſpez ſalutis in ſolitudine aut

fuga cogiſſet habere. Itaq₃ ſenatus ob ea fe/
liciter acta diis immortalibus ſupplicia de/
cernere. Ciuitas trepida et ſollicita antea de
belli aduētu leticiam agere. De Metello fama
preclara eſſe. Igitur eo intentior Metellus ad
victoriaz nitebatur: omnibus modis feſtinarē.
cauere tamen nec vbi hoſti oportun9 fieret me
miniſſe poſt gloriam inuidiam ſequi. Ita quo
clarior: eo magis anxius erat. Neq₃ poſt inſi/
dias Iugurthe effuſo exercitu predari. vbi fru
mento aut pabulo opus erat: cohortes cum omī
equitatu preſidium agebant. Exercitus par/
tem ipſe: reliquos Marius ducebat. Sed igne
magis q̄ preda ager vaſtabatur: duobus locis
haud longe inter ſe caſtra faciebant. Vbi vi
opus erat cuncti aderant. Ceterum quo fuga
atq₃ formido latius creſceret diuerſi agebant.
Eo tempore per colles Iugurtha ſequi tempus
aut locum pugne querē qua venturum hoſtem
audierat pabulum et aquarum fontes quorum
penuria erat corrūpeř: modo ſe Metello modo
Mario oſtendere. Poſtremos in agmine ten/
tare: ac ſtatim in colles regredi. Rurſus aliis
poſt aliis minitari. Neq₃ prelium facere: neq₃
otium pati. Tantummodo hoſtem ab incepto
retinere. Romanus imperator vbi ſe dolis fa/
tigari videt: neq₃ ab hoſte copiam pugnandi

fierí: vrbez magnam et ín ea pte qua ſita erat arcez regni nomine Zamã ſtatuit oppugnar̄. ratus íd quod negotíum poſcebat: Iugurtham laborantib9 ſuís auxílio venturum: ibiq; pre- líum fore. At ille que parabantur a perfugís edoctus magnís itínerib9 Metellũ anteuenit. Oppidanos hortatur menía defẽdãt additís auxílio perfugís quod gen9 ex copíís regís qδ fallere nequibat. fírmiſſímum erat. Preterea pollícetur ĩ tempore ſemet cũ exercítu affore. Ita compoſitís rebus ín loca q̃ maxíme occulta díſcedít. et paulo poſt cognoſcit Maríum ex ítinere ob frumentum cum paucís cohortíbus ſiccam miſſum quod oppidum prímum omníũ poſt malam pugnam ab rege defecerat. Eo cuz delectís equitíbus noctu pergít. et íam egre- díentibus Romanís ín porta pugnam facít. ſimul magna voce ſiccenſes hortaẽ: ut cohortes a tergo ċcũueniãt: fortunã illís p̄clarí facínorꝫ caſum dare. Sí íd fecerínt poſtea ſeſe ín regno íllos ín libertate ſine metu etatem agere: ac ní Maríus ſigna inferre atq; euadere ꝓperauiſſet ex oppido. profecto cuncti aut magna pars ſiccẽſiũ fidẽ mutauiſſent. Tãta mutabilítate ſeſe Numíde agunt. Sed mílítes Iugurthiní paulíſp a rege ſuſtẽtatí. poſtq̃ maíoř uí hoſtes vrgẽt paucís amiſſís ꝓfugi díſcedũt. Maríus

ad Zamam peruenit. Id oppidum in campo ſitum magis opere q̃ natura munitum erat. nullius idonee rei egens. armis viriſq; opulē-tum. Igitur Metellus pro tempore atq; loco paratis reb9 cūcta menia exercitu circūuenit. Legatis imperat vbi quiſq; curaret. Deniq; ſigno dato vndiq; ſimul clamor īgens oritur. Neq; ea res Numidas terret. infenſi intentiq; ſine tumultu manent: preliū incipitur. Ro-mani pro ingenio quiſq; pars glande eminus aut lapidibus pugnare. alii ſuccedere ac murū et modo ſuffodere: modo ſcalis aggredi: cupeř prelium in manibus fieri. Contra ea oppida-ni in proximos ſaxa voluere. ſudes. pila pre-terea picem ſulphure et theda mixtam ardēti mittere. Sed neq; illos quidē qui procul mā-ſerant timor animi ſatis muniuerat. Nā ple-roſq; iacula tormentis aut manu emiſſa vul-nerabant: pariq; periculo: ſed fama impari: boni atq; ignaui erant. Dum apud Zamā ſic certatur. Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtiū cū magna manu inuadit: remiſſis qui in pre-ſidio erant: et omnia magis q̃ prelium expec-tātibus portam irrupit. At noſtri repentino metu perculſi ſibi quiſq; pro moribus cōſulūt. alii fugeř: alii arma capeř: magna ps vulnerati aut occiſi ſūt. Ceterū ex omni multitudine nō

amplius quadraginta memores nominis Ro/
mani grege facto: locum paulo editiorem cepẽ
q̄ alii. neq̨ inde maxima vi depelli quiuerãt.
Sz tela eminus miſſa remittere. pauci in plu/
ribus minus fruſtati: ſi Numide propius acceſ
ſiſſent. Ibi vero virtutem oſtẽdere; et eos ma/
xima vi cedere. fundere atq̨ fugare. Interim
Metellus cum acerrime rem gereret clamorem
vel tumultum hoſtilez a tergo accepit. Deĩde
conuerſo equo animaduertit fugam aduerſum
ſe fieri: que res indicabat populares ſuos eſſe.
Igitur equitatum omnem ad caſtra propere
miſit: ac ſtatim. G. Marium cum cohortibus
ſociorum cumq̨ lacrimans per amiciciaz perq̨
remp. obſecrat: ne quam contumeliam remanẽ
in exercitu victorie: ne ue hoſtes multos abire
ſinat. Ille breui mandata efficit. At Iugur/
tha munimento caſtrorum impeditus cum alii
ſuper vallũ precipitarentur. alii in anguſtiis
ipſi ſibi properantes officerent. multis amiſſis
in loca munita ſeſe recipit. Metellus infecto
negotio poſtq̄ nox aderat in caſtra cum exer/
citu reuertitur. Igitur poſtero die priuſq̄ ad
oppugnandum egrederetur equitatũ omnẽ in
ea parte q̄ regis aduẽtus erat ꝓ caſtris agitare
iubet. portas et ꝓxima loca tribunis diſptit.
Deĩde ipſe ꝑgit ad Zamam oppidũ: atq̨ vti

ſuperiori die murum aggreditur. Interim Iu
gurtha ex occulto repente noſtros inuadit qui
in proximo locati fuerant. Pauliſper territi
perturbantur. Reliqui vero cito ſubueniunt.
Neq̧ Numide diutius quiuiſſent reſiſtere:
ni pedites cum equitibxs permixti magnam
cladem in congreſſu facerent. quibus illi freti
non uti equeſtri prelio ſolet fieri. ſequi deinde
cedere. Sed aduerſi concurrere implicare ac
perturbare aciem. Ita cum expeditis pediti/
bus ſuis hoſtes pene victos dare. Eodem tem/
pore apud Zamam magna vi certabatur. vbi
quiſq̧ legat9 aut tribun9 curabat eo acerrime
niti: neq̧ alius in alio magis q̄ in ſe ſpem ha/
bere. Pariterq̧ oppidani agere. oppugnare
aut parare omnibus locis: auidius alteri al/
teros ſauciare: q̄ ſemet tegē. Clamor permix/
tus hortatione leticia gemitu. Item ſtrepitus
armorum ad celum ferri. Tela vtrinq̧ volar̄.
Sed illi qui menia defenſabant. vbi hoſtes
paululum modo pugnam remiſerant: intenti
preliū equeſtre proſpectabant. Eos vti queq̧
res Iugurthe erant. letos modo: modo pauidos
animadūterſ. ac ſicuti audiri: a ſuis aut cerni
poſſent: admonere: alii: alii hortari. aut manu
ſigna facē: aut niti corpib9. ⁊ huc ⁊ illuc q̄ſi ui
tabūdi aut iaciētes tela agitar̄. qd ubi mario

cognituz eſt. nam is in ea parte curabat. con/
ſulto lenius agere ac diffidentiaz rei ſimular.
pati Numidas ſine tumultu regis preliuz vi/
ſere. Ita illis ſtudio ſuorum aſtrictis repente
magna vi murum aggreditur. Et iam ſcalis
aggreſſi milites prope ſumma ceperant. Tuz
oppidani concurrunt. lapides ignez alia pre/
terea tela ingerunt noſtri primo reſiſtere. De/
inde ubi vne atq; altere ſcale comminute ſunt:
qui ſuperſteterant afflicti ſunt. Cetetri quoq;
modo potuere: pauci integri magna pars con/
fecti vulneribus abeunt. Deinde vt vtriq;
preliuz nox diremit: Metellus poſtquã videt
fruſtra inceptuz neq; oppidum capi. neq; Iu/
gurtham niti niſi ex inſidiis aut loco ſuo pug/
nam facere: etiã eſtatem exactã eſſe: ab Zama
diſcedit. Et in his vrbibus que a rege defece/
rant fatiſq; munite loco aut menibus erant:
preſidia imponit. Ceterum exercitum in pro/
uincia que proxima eſt Numidie hyemandi
gratia collocat. Neq; id tempus ex aliorum
more quieti aut luxurie conceſſit. Sed quo/
niam armis belluz paruz procedebat: inſidias
regi per amicos tendere: et eoruz perfidia pro
armis vti parat. Igitur Bomilcarem qui Ro/
me cum Iugurtha fuerat et inde vadib9 datis
clã timẽs de Maſine nece iudiciuz fugerat: qđ

ei per maximaȝ amiciciam maxima copia fal/
lendi erat. multis pollicitationibus aggredi/
tur: ac primo efficit. vti ad ſe colloquendi grã
occultus veniat. Deinde fide data ſi Iugur/
tham viuum aut necatum ſibi tradidiſſet fore
vt illi ſenatus impunitatem et ſua omnia cõ/
cederet. facile Numide perſuadet tum inge/
nio infido: tum metuenti: ne ſi pax cum Ro/
manis fieret: ipſe per cõditiones ad ſuppliciũ
traderetur. Is vbi primum opportunum tẽ/
pus fuit. Iugurtham anxium ac miſerantem
fortunas ſuas accedit. Monet atq̨ lacrimans
obteſtatur: vti aliquando ſibi liberiſq̨ ſuis et
genti Numidarum optime merẽti ꝓuideat.
Omnibus preliis ſeſe victos: agrum vaſtatũ:
multos mortales captos. occiſos: Regni opes
comminutas eſſe: ſatis ſepe et virtutem mili/
tum et fortunã tentatam: caueat ne illo cunc/
tante Numide ſibi conſulteut. His atq̨ aliis
talibꝰ ad deditionẽ animũ regis ĩpellit. Mit
tunt̃ ad ĩpatoreȝ legati q̄ Iugurthã imperata
facturum dicerent. ac ſine vlla pactione ſeſe
regnumq̨ ſuum in illius fidẽ tradere. Metellꝰ
ꝓpere cũctos ſenatorii ordĩs ex hybernis accer
ſiri iubȝ. Eoꝝ atq̨ alioꝝ quos idoños ducebat
ꝯſiliũ habet. Ita more maioꝝ ex ꝯſilio decreto
ꝑ legatos Iugurthe ĩpat: pondo argẽti ducẽta

millia elephantos omnes equorum et armoruȝ aliquantulum. Que poſtq̄ ſine mora facta ſūt iubet omnes perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars vti iuſſum erat adducti pauci cū primum deditio cepit ad Regem Bochum in Mauritaniam abierant. Igitur Iugurtha vbi armis viriſq; et pecunia ſpoliatus eſt. dū ipſe ad imperandum tiſidium vocaretur rur/ſus cepis flectere animum ſuuȝ et ex mala cōſ/cientia digna timere. Deniq; multis diebus per dubitationem conſumptis: cum modo te/dio rerum aduerſarum omnia bello potiora du ceret. Interdum ipſe ſecum reputaret q̄ gra/uis caſus in ſeruitium ex regno foret. Multis magiſq; preſidiis ne quicq̄ perditis de ītegro bellum ſumit. Et iterum Rome ſenatus de prouintiis conſultus Numidiaȝ Metello de/creuerat. Per idē tempus Vtice forte. G. Ma/rio per hoſtias diis ſupplicanti: magna atq; mirabilia portendi aruſpex dixerat. Proīde que animo agitabat: fret9 diis ageret. fortunā quam ſepiſſime experiretur: omnia proſpere euentura. At illum iam antea conſulatus in/gēs cupido exagitabat: ad quē capiundū ꝑter vetuſtatē familie oīa abūde erant. Induſtria ꝓbitas. militie magna ſcīa: aī9 belli īgēs domi modic9: libidīs et diuitiaꝝ victor. T m̄modo

glorie auidus. Sed his natus & per omnē pue/
ritiam arpini alitus: vbi primum etas militie
patiens fuit: ſtipendiis faciendis: non Greca
facundia neq; vrbanis munditiis ſeſe exercuit
Ita inter artes bonas integrum ingeniū breui
adoleuit. Ergo vbi primum tribunatum mi/
litarez a populo petit: pleriſq; faciem eius ig/
norantibus facile notus per omnes tribus de/
claratur. deinde ab eo magiſtratu alium poſt
alium ſibi peperit: ſemperq; in poteſtatibus
eo modo agitabat: vt ampliore honoř q̄ gere/
bat dignus haberetur. Tamen is vſq; ad id
locoruz talis vir non audebat petere conſula/
tum. Nam poſtea ambitione preceps dat9 eſt
etiam tum alios magiſtratus plebs conſulatuz
nobilitas: inter ſe vnus alii per manus trade/
bat. Nouus nemo tam clarus neq; tam egregi9
factus erat: quin indignus illo honore et quaſi
pollutus haberetur. Igitur vbi Mari9 aruſ/
piciis dicta eodez ītendere videt quo cupido
animi hortabatur: ab Metello conſulatuz pe/
tendi gratia miſſionez rogat. Cui quā̄q̄ ꝟtus
gloria atq; alia optanda bonis ſuperabant:
tamen inerat contemptor animus et ſuperbia
commune nobilitatis maluz. Itaq; cōmotus de
inſolita re: prius mirari eius conſiliuz et quaſi
per amiciciam monere: ne tam praua īciperet:

neu ſuper fortunam animum gereret. Non oĩa omnibus cupienda eſſe. debere illi res ſuas placere. Poſtremo caueret id petere a populo Romano quod iure negaretur. poſtq̃ hec atq; alia talia dixit: neq; animus Marii flectitur reſpondit vbi primum potuiſſet per negocia publica facturuz ſeſe que peteret. ac poſtea ſepe eadem poſtulanti fertur dixiſſe ne feſtinaret abire. Satis mature illum cum filio conſulatuz petiturum. Is eo tempore Contubernio patris ibidem militabat: annos natus circiter vigĩti. Que res Marium tuz pro honore quez affectabat: tum circa Netellum vehementer accenderat. Ita cupidine atq; ira: peſſimis conſultoribus graſſari neq; facto vllo neq; dicto abſtinere quod modo ambitioſum foret milites quibus in Hybernis preerat latiore imperio q̃ añ habere. Apud negotiatores quorum magna multitudo Vtice erat: criminoſe et ſimul magnific̃ de bello loqui: dimidia pars exercit9 ſibi ſi permitteretur: paucis diebus Iugurthã in cathenis habiturum ab Imperatore conſulto belluz trahi: quod homo inanis regie ſuperbie imperio nimis gauderet. Que omĩa illis cofirmiora videbant̃. quod diuturnitate belli res familiares corruperãt et aĩo cupiẽti nihil ſatꝭ feſtinat̃. Erat ꝑterea ĩ exercitu nr̃o Numida

quidam nemine Cauda Manaſtobolis filius :
Maſiniſſe nepos. quem Micipſa teſtamento
ſecunduȝ heredem ſcripſerat morbo confectus
et ob eam cauſam mente paululum imminuta.
Cui Metellus petenti more Regum vt cellaȝ
iuxta poneret. Itē poſtea cuſtodie cauſa tur-
ma equitum romanoꝝ. vtrunqꝫ negauerat ho-
norem quod eorum modo foret quos populus
Romanus Reges appellauiſſet preſidiuȝ qd̄
contumelioſuȝ foret ſi equites romani ſatelliti
numide traderentur. Hunc Marius anxium
aggreditur atqꝫ hortatur vt contumeliarum
in imperatorem cum ſuo auxilio penas petat.
hominem ob morbos animo parum valido ſe-
cunda oratione extollit illum Regem ingentē
virum maſiniſſe nepotē eſſe ſi Iugurtha cap-
tus aut occiſus foret: imperium numidie ſine
mora habituruȝ. Id adeo mature poſſe eueni-
re: ſi ipſe cōſul ad id prelium miſſus foret. Ita
qꝫ et illum et equites romanos milites ⁊ nego-
ciatores alios ipſe pleroſqꝫ pacis ſpe impellit.
uti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in me-
tellum de bello ſcribant. marium Imperatorē
poſcant. Sic illi a multis mortalibꝰ honeſtiſ-
ſima ſuffragatione conſulatus petebatur. Si-
mul ea tempeſtate plebs nobilitate perculſa ꝑ
legem mamiliam nouos extollebat. Ita mario

tuncta procedere. Interim Iugurtha poſtq̈ a/
miſſa deditione bellum incipit. cũ magna cu/
ra parare omnia /feſtinare/ exercitum cogere
ciuitates que a ſe defecerãt formidine aut oſ/
tentãdo premia affectare/ circummunire ſuos
locos/ arma tela aliaq; q̄ ſpe pacis amiſerat
reficere/aut commercari/ſeruitia romanorum
allicere/et eos ipſos qui in preſidiis erant pe/
cunia tentare/ prorſus nihil in tactum aut q/
etum pati/ cuncta agitare. Igitur vacenſes
quo Metellus inicio Iugurtha pacificante p̄/
ſidium impoſuerat fatigati Regis ſuppliciis
neq; antea ſua voluntate alienati: principes
ciuitatis inter ſe coniurant. Nam vulgus vti
plerũq; ſolet et maxime numidarum ingenio
mobili ſeditioſum atq; diſcordioſum erat: cu/
pidum nouaruz reruz quieti et ocio aduerſuz
Deinde compoſitis inter ſe reb9 in diem ter/
cium conſtituunt. q̄ is feſtus celebratuſq; per
omnem Affricam ludum et laſciuiam magis q̈
formidinem oſtendebat. Sed vbi tempus fuit
cẽturiones tribunoſq; militares et ipſum pre/
fectum oppidi Titum turpilium ſyllanum
alius alium domos ſuas inuitant eos omnes p̄t
Turpilium inter epulas obtruncant. Poſtea
milites palantes inermes quippe in tali die ⁊
ſine imperio aggrediuntur. Idem plebs facit

pars edocti a nobilitate / alii ſtudio taliū rerū
incitati. quis acta conſiliūq; ignorantib9 tu/
multus ipſe et res noue ſatis placebant. Ro/
mani milites perculſi improuiſo metu incerti
ignariq; quid potiſſimum facerent trepidant
capere. ad arcē oppidi vbi ſigna et ſcuta erāt
preſidium hoſtium: porte ante clauſe fugam
prohibebāt. Ad hoc mulieres pueriq; pro te/
ctis edificiorum ſaxa et alia que locus prebe/
bat certatim mittere. Ita neq; caueri anceps
malum neq; a fortiſſimis infirmiſſimo generi
reſiſti poſſe. Iuxta boni maliq; ſtrenui et im/
belles multi obtruncati ſunt. In ea tanta aſꝑ/
itate ſeuiſſimis numidis et oppido vndiq;
clauſo Turpilius prefectus vnus ex omnibus
italicis profugit intactus. Id miſericordia ne
hoſpitis an pactione an caſu ita euenerit parꝝ
comperimus. Niſi ꝙ illi in tanto malo turpis
vita integra fama potior fuit improb9 inteſ/
tabiliſq; videtur. Metellus poſtq̄ de rebus
Vacce actis comperit: pauliſper meſtus e con/
ſpectu abiit. Deinde vbi ira ⁊ egritudo per/
mixta ſunt: cum maxima cura vltuꝫ ire iniu/
rias feſtinat. Legionem cum qua hyemabant
⁊ q̄plurimos poteſt numidas equites parit̄ cū
occaſu ſolis expeditos educit. Et poſtera die
circiter horam terciam peruenit in quandam

fehlt f. 67?

planiciem locis paulo ſuperioribus circumuẽ/
tam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine
etiam abnuentes omnia docet oppidum Vaccã
non amplius mille paſſuum abeſſe: decere re/
liquum laborẽ equo animo pati: dum pro ci/
uibus ſuis uiris fortiſſimis atq; miſeris penas
caperent. Preterea predam benigne oſtentat.
Sic animis eorum arrectis equites ĩ primo la/
tere pedites q̃ arctiſſime ire ⁊ ſigna occultore
iubet. Vaccenſes vbi animaduertere ad ſe ꝓ/
ſum exercitũ pergere primo vti erat Metellũ
eẽ rati portas clauſere. Deinde vbi neq; uaſ/
tari agros et eos qui primi aderant: numidas
equites vident: rurſum Iugurtham arbitrati
cum magno gaudio obuii procedunt. Equites
pediteſq; repente ſigno dato alii vulgũ effu/
ſum oppido cedẽ/alii ad portas feſtinare ꝑs/
turres capere/ Ira atq; prede ſpes amplius q̃
laſſitudo poſſe. Ita vaccenſes biduum modo
ex perfidia letati. Ciuitas magna atq; opulẽ/
ta cuncta prede aut pene fuit Turpilius quẽ
prefectum oppidi vnum ex omnibus profu/
giſſe ſuꝑ oſtendimus iuſſus a Metello cauſam
dicere poſtq̃ ſeſe paruz expurgat condemnatꝰ
verberatuſq; capite penas dedit. Naz is ciuis
excollatio erat. Per idem tẽpus Bomilcar cuiꝰ
impulſu Iugurtha deditionem quã metu de/

ſeruit inceperat ſuſpectus Regi et ipſe eum
ſuſpiciens nouas res cupere / ad perniciez eius
dolum querere / die noctuqꝫ fatigare animum
deniqꝫ omnia tentando ſocium ſibi adiungit:
Nadalſam hominem nobilem magnis opibus
claruz acceptūqꝫ popularibus ſuis qui plerūqꝫ
ſeorſum ab Rege exercitum ductare et omnes
res exequi ſolitus erat que Iugurthe feſſo aut
maioribus aſtricto ſuperauerant / ex quo illi
glorie opeſqꝫ inuente: igitur vtriuſqꝫ conſilio
dies īſidiis ſtatuitur. Cetera vti res poſceret
ex tempore parari placuit. Nadalſa ad exer/
citum profect⁹ quem inter hyberna romanoꝝ
iuſſus habuerat ne ager inultis hoſtibus vaſ/
taretur. Is poſtq̄ magnitudine facinoris per/
culſus ad tempus non venit / et met⁹ rem im/
pediebat: Bomilcar ſimul cupidus incepta pa
trandi et timore ſocii anxius ne omiſſo veteri
conſilio nouum quereret: litteras ad eum per
homines fideles mittit. In quis mollitiam ſo/
cordiamqꝫ viri accuſare teſtari deos per quos
iuraſſet monere: ne premia Metelli in peſtem
conuerteret. Iugurthe exitum adeſſe. Ceterū
ſua ne an Metelli vītute piret id modo agi/
tari. Proinde reputaret cū animo ſuo: premia
an cruciatum mallet. Sed cuz he littere allate
fuere: forte Nadalſa exercitato corpore feſſus

in lecto quieſcebat vbi cognitis Bomilcaris ꝟ
bis primo cura deinde vti egrum animũ ſolet
ſomnus cepit. Erat ei numida quidam negoci
orum familiarium curator fidus acceptuſq̃ et
omniuz conſilioruz niſi huius nouiſſimi parti
ceps. Qui poſtq̃ allatas litteras audiuit: et ex
conſuetudine ratus opera ſua aut ingenio ſuo
opus eſſe in tabernaculum introiit. Dormien
te illo epiſtolam ſuper caput in puluino teme
re poſitam ſumit ac perlegit. Deinde proper
cognitis inſidiis ad regem pergit. Nadalſa
paulo poſt experrectus vbi neq̃ epiſtolaz rep
perit et rem omnem vti acta erat ex perfugis
cognouit primo indicem perſequi conatus eſt
poſtq̃ id fruſtra fuit: Iugurthaz placandi gr̃a
accedit: dicitq̃ ipſe parauiſſet perfidia clien/
tis ſui facere preuenta lacrimans obteſtatur ꝑ
amicitiam per que ſua ante fideliter acta: ne
ſuper tali re ſuſpectũ ſeſe haberet. ad ea Rex
aliter atq̃ animo gerebat: placide reſpondit.
Bomilcare aliiſq̃ multis quos ſocios inſidiarũ
cognouerat interfectis iram oppreſſerat. ne q̃
ſeditio aut bellũ ex eo negocio oriretur. Neq̃
poſt id negociorũ Iugurthe dies aut nox vlla
quieta fuit neq̃ loco neq̃ mortali cuiq̃ aut tẽ/
pori ſatis credere. Ciues hoſteſq̃ iuxta metuẽ
circũſpectare omnia et omni ſtrepitu paueſcẽ

alio loco ſepe contra decus regium noctu requi
eſcere. Interduꝫ ſomno excitꝰ arreptis armis
tumultum facere. Ita formidine quaſi vecor /
dia exagitari. Igitur Metellus vbi de caſu
Bomilcaris et inditio patefacto ex perfugis
cognouit: rurſus tanq̄ ad integrum belluꝫ cū /
cta parat: feſtinatqꝫ. Marium fatigantem de
profectione: ſimul et inuitum et offenſum: ſibi
parum idoneum ratus domum dimittit. Et
Rome plebs litteris que đ Metello ac Mario
miſſe erant cognitis: volenti animo đ ambobꝰ
acceperat. Imperatori nobilitas que ante de /
cori fuit inuidie eſſe. At illi alteri generꝭ hu /
militas fauorem addiderat. Ceterū in vtroqꝫ
magis ſtudia partiū q̄ mala aut bona ſua mo /
derantur. Preterea ſeditioſi magiſtratꝰ vul /
gus exagitare. Metellū reꝝ oībus contionibꝰ
capitis arceſſere. Marii virtutem in maius ce
lebrare. Deniqꝫ plebs ſic eſt accenſa: vti opifi
ces: agreſteſqꝫ omnes: quorū res fideſqꝫ in ma
nibus ſite erant: relictis opibus frequentabāt
Mariuꝫ et ut ſua neceſſaria poſt illius honorē
ducerent. Ita perculſa nobilitate poſt multas
tempeſtates nouo homini conſulatus mandatᷣ
et poſtea populꝰ a tribuno plebis Lucio mal /
lio mantino rogatus quem vellet cum Iugur /
tha bellum gerere: frequens populus Marium

iuſſit. Sed ſenatus pauloante Metello numi/
diam prouinciam decreuerat . Ea res fruſtra
fuit. Eodem tempore Iugurtha amiſſis amicis
quorum pleroſq; ipſe necauerat. Ceteri for/
midine perculſi ꝑs ad romanos alii ad Regeꝫ
Bochum profugerāt cum neq; bellum geri ſine
miniſtris poſſet: et nouorum fidem in tāta ꝑ/
fidia veterum experiri: periculoſum duceret
vagus incertuſq; agitabatur: neq; illi res neq;
ullum periculum neq; conſilium aut quiſq̄ ho/
minum ſatis placebat. Itinera prefectoſq; in
dies mutare. modo aduerſum hoſtes interdum
in ſolitudines pergere : ſepe in fuga et paulo
poſt ſpem in armis habere / dubitare virtuti
populariuꝫ an fidei minus crederet. Ita quo/
cunq; intenderat res aduerſe erant. Sed inter
eas moras repente ſeſe Metellus cum exercitu
oſtēdit. Numide ab Iugurtha parati pro tē/
pore īſtructiq;. Deinde prelium incipitur: q̃
in parte Rex pugne affuit: ibi aliquantulum
certatum eſt ceteri omnes eius milites primo
congreſſu pulſi fugatiq; ſunt. Romani ſigno/
rum et armorum et aliquanto numero hoſtiuꝫ
paucorum potiti ſunt. Nam fere numidas in
oībus preliis magis pedes q̄ arma tutati ſunt.

Ea fuga Iugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens: cum perfugis et parte equitatus in ſolitudines. Deīde Thalam peruenit. id oppidum magnum atq; opulentum / vbi pleriq; theſauri filiorūq; eius multus cultus erat. que poſtq̄ Metello ꝯperta ſunt: quāq̄ iter Thalam flumenq; proximo in ſpacio millium. L. loca arida atq; vaſta eſſe cognouerat / tamen ſpe patrandi belli ſi eius oppidi potitus foret Omnes aſperitates ſuperuadere / ac naturam loci etiam vincere aggreditur. Igitur omnia iumenta ſarcinis leuari iubet niſi frumēto dierum. x. Ceterum vtres modo et alia uaſa que idonea aque portari. Preterea conquirit ex agris q̄plurimum poteſt domiti pecoris eoq; imponit vaſa cuiuſq; modi ſed pleraq; lignea collecta ex tuguriis numidaruʒ. Ad hoc finitimis imperat qui ſe poſt Regis fugam Metello dederant: q̄plurimum quiſq; aque portaret. Deinde locumq; vbi preſto fuerit predicit ipſe ex flumine quam proximam aquam oppido eſſe ſupra diximus: iumenta onerat. Eo modo inſtructus ad Thalam proficiſcitur Deinde vbi ad id loci ventum eſt quo numidis preceperat et caſtra poſita munitaq; ſunt:

tanta repente celo miſſa vis aque dicitur. vt
ea modo exercitui ſatiſq; ſupq; foret. Pret̃ea
cõmeatus ſpe amplior quia numide ſicut ple/
riq; ĩ noua deditione officia intẽderant. Ce/
terum milites religione pluuia magis uſi ſunt
eaq; res multum animis eorum addidit. Nam
rati ſeſe diis immortalibus cure eſſe. Deinde
poſtero die contra opinionem Iugurthe ad
Thalam perueniunt. Oppidani qui ſe locorũ
aſperitate munitos crediderant: magna atq;
inſolita re perculſi nihilo ſegnius bellum pa/
rare. Idem noſtri facere. Sz Rex nihil infectũ
Metello credens quippe qui omnia arma tela
locos deniq; naturã ipſam ceteris imperitãtẽ
induſtria vicerat cũ liberis et magna pecunia
ex oppido noctu profugit. Neq; poſtea ĩ vllo
loco amplius vno die moratus aut vna nocte
ſimulabat ſe negocii gratia properare. Ceterũ
proditionem timebat. quam vitare poſſe ce/
leritate putabat. Nam talia conſilia ſolent ꝑ
ocium et ex oportunitate capi. At Metellus
vbi oppidanos prelio intentos ſimul oppiduz
et operibus et loco munitũ uidet/vallo foſſaq;
menia circumuenit. Deinde iubet locis ex co/
pia maxima idoneis uineas agere/ſuperq; eas
aggerem iacere/impoſitis et ſuper aggerem

turribus opus et adminiſtros tutari. Contra
hec oppidani feſtinare parare prorſus ab utriſ
qꝫ nihil reliquum fieri. Deniqꝫ romani multo
ãte labore preliis fatigati poſt dies q̃dragita
quam eo ventum erat: oppido modo potiti.
Preda omnis a perfugis corrupta. Hi poſtq̃
murum arietibus feriri / reſqꝫ ſuas afflictas vi
dent: aurum atqꝫ argentum et alia que prima
dicuntur domum regiam comportant. Ibi
vino ⁊ epulis grauati: illaqꝫ ⁊ domũ: et ſemet
ipſi igni corrumpunt: ⁊ quas victi ab hoſtibꝰ
poenas metuerent: eas ipſi volentes pependerẽ
Sed pariter cũ capta Thala Legati ex oppi
do lepti ad Metellum venerant: orantes vti
preſidium prefectumqꝫ eo mitteret hamilcarẽ
quendam hominem nobilem factioſum nouis
rebus ſtudere aduerſum quem / neqꝫ imperia
magiſtratuum neqꝫ leges valerent: niſi ad id
feſtinaret in ſummo periculo ſuam ſalutem et
illoruꝫ ſocios fore. Nam leptitani iaꝫ antea a
principio belli Iugurthini ad Beſtiam conſu
lem et poſtea. Romam miſerant amiciciam ſo
cietatẽqꝫ rogatuꝫ. Deinde ubi ea impetrata
ſt: ſẽp boni fideleſqꝫ mãſẽ ⁊ cũcta a Beſtia Al
bino Metelloqꝫ ĩpata gnauit̃ fecerãt. Itaqꝫ ab
ĩpatore facile q̃ petebãt adepti ſunt. Emiſſe
ſt eo cohortes liguꝝ. iiii. et. C. Antõiꝰ p̃fectꝰ

Id oppidum ad Sydonis conditum eſt . quos accepimus perfugos ob diſcordias ciuiles na / uib9 ĩ eos locos veniſſe. Sꝫ ceteꝝ ſitũ int̃ duas ſyrtes quibus nomen ex re inditum. Naꝫ duo ſunt ſinus prope in extrema Affrica impares magnitudine pari natura : quorum proxima terre prealta ſunt. Cetera vti ſors tulit alta : alia in tẽpeſtate vadoſa. Nã vbi mare mag / num eſſe et ſeuire ventis cepit : limum arenãq; et ſaxa ingentia fluctus trahunt . Ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur. Syrtes ab tactu nominate ſunt. Eius ciuitatꝗ lĩgua modo conuerſa connubio numidarum : leges cultuſq; pleraq; ſydonica inſtituta que eo facilius re / tinebãt : quod procul ab imperio Regis etatẽ agebant. Inter illos et frequentem Numidiã multi vaſtiq; loci erant. Sed quoniam in has regiones ꝑ leptitanorum negocia venimus : nõ indignum videtur egregium / atq; mirabile facinus duorum carthaginenſium memorare . Eam rem loc9 nos admonuit. Qua tempeſtate carthaginenſes plereq; Affrice imperitabant Cirenenſes quoq; magni atq; opulenti fuere . Ager ĩ medio arenoſus vna ſpecie. Neq; flu / men neq; mons erat : qui fines eorũ diſcerneret q̃ rẽs eos ĩ magno diut̃noq; bello it̃ ſe hũit. poſt q̃ vtriq; legiones itẽ claſſes ſepe fuſe fugateq;

et alteri alteros aliq̃tulum attriuerant: veriti
ne mox victos victoreſq; defeſſos aliꝰ aggre/
dẽt ꝑ ĩducias ſpõſionẽ faciũt. uti certo die le/
gati domo proficiſcerentur. quo in loco inter
ſe obuii fuiſſent. is communis vtriuſq; populi
finis haberetur. Igit̃ carthaginenſes duo fra/
tres miſſi quibus nomen Philenes erat matu/
rauere iter pergere. Cirenenſes tardius iere.
Id ſocordia ne an caſu acciderit paruꝫ cogno/
ui. Ceterum ſolet in illis locis tempeſtas haud
ſecus atq; in mari retinere homines. Nam vbi
per loca equalia et nuda gignentium ventus
coortus arenam humo excitauit. ea magna vi
agitata ora oculoſq; impellere ſolet. Ita pro/
ſpectu impedito morari iter. Poſtq̃ Cirenẽſes
aliquanto poſteriores ſe eſſe vident/et ob rem
corruptã domi penas metuũt: criminari car/
thaginenſes ante tempus domo digreſſos cõ/
turbare rem. Deniq; omnia malebant: q̃ victi
abirẽt. Sed cum poeni aliam codicioneꝫ tan/
tummodo equam quererent. Cirenenſes opti/
onem faciunt carthaginenſium. vt vel illi quo
fines populo ſuo peterent ibi viui obruerent̃:
vel eadem conditione ſeſe quem in locum uel/
lent proceſſuros dimitterent. Phileni condi/
tione probata ſeq; vitãq; ſuam. R. P. condo/
nauere. ita viui obruti ſunt. Carthaginenſes

in eo loco Philenis fratribus Aras ꝯſecrauere alioſq; illis honores domi inſtituunt. Nunc ad rem redeo. Iugurtha poſtq̃ amiſſa Thala nihil ſatis firmum contra Metellum putat ꝑ magnas ſolitudines cum paucis profectus ꝑ/uenit ad getulos genus hominum ferū incul/tūq; et eo tempore ignarum nominis romani eorum multitudinem in vnum cogit/et pau/latim conſuefacit ordines habere/ ſigna ſequi imperium obſeruare. Item alia militaria facer̄ Preterea Rgis Bochi proximos magnis mu/neribus et maioribus promiſſis ad ſtudiū ſui producit. quis adiutoribus Regem aggreſſus impellit. vti aduerſum romanos bellum inci/piat. Id ea gratia facilius proniuſq; fuit. ꝙ Bochus inicio huiuſce belli legatos Romam miſerat. fedus et amicitiam petitum. Quam rem oportuniſſimam ĩcepto bello pauci inpe/diuerant ceci auaricia. Quis omnia honeſta atq; inhoneſta uendere mos erat. Etiam antea Iugurthe filia Bocho nupſerat. Verum ea ne/ceſſitudo apud numidas mauroſq; leuis ducit̃ Q̃ ſinguli pro opib⁹ quiſq; q̃ plurimas vxo/res denas alii alii plures habeant. Sed Reges eo amplius ita animus multitudine diſtrahit̃ nullā ꝓ ſocia obtinet ꝑit̄ viles oēs ſunt. Igit̃ ĩ locū ābob⁹ placitū exercit⁹ ꝯueniunt. Ibi fide

data et accepta Iugurtha Bochi animū orone
accedit romanos iniuſtos ꝓfunda auaricia cō/
munes omnium hoſtes eſſe eandē cauſam illos
belli habere cum Bocho quā ſecum et cum aliis
gentibus libidinem imperitandi. Quis omnia
regna aduerſa ſint tū ſeſe pauloante cartha/
ginenſes tum Regem perſen. poſt vti quiſꝙ
opulentiſſimus videatur: ita romanis hoſtem
fore. His atꝙ aliis talibus dictis ad Cirtham
oppidū iter conſtituunt. Q ibi. Q. Metel/
lus predam captiuoſꝙ et impedimenta loca/
uerat. Ita Iugurtha rat9 aut capta vrbe ope/
repreciū fore/aut ſi romanus dux auxilio iuis
veniſſet prelio ſeſe certaturos. Nam callidus
id modo feſtinabat Bochi pacem imminuere
ne moras agitādo aliud q̄ bellum mallet. Im/
perator poſtq̄ de Regum ſocietate cognouit
non temere/neꝙ uti ſepe iam victo Iugurtha
conſueuerat: omnibus locis pugnandi copiam
facit. Ceterum haud procul a Cirtha caſtris
munitis Reges operitur melius eſſe ratus in
cognitis mauris/quoniaꝫ his nouus hoſtis ac/
ceſſerat: ex commodo pugnam facere. Interim
Roma ꝑ litt̄as c̄tior fit: Mario prouīciā nu/
midiā eē datā. Naꝫ ꝯſulem fc̄ꝫ antea accepat
Quibus reb9 ſupra bonuꝫ atꝙ honeſtuꝫ ꝑcul/
ſus/neꝙ lacrimas ten͞r/neꝙ moderari līguā

uír egregíus ín alíís artíbus nímís mollíter e/
grítudínez patí. Quam rem alíí ín ſuperbíaz
vertebant / alíí bonum íngeníum contumelía
accenſum eſſe. multí qꝫ íam parta víctoría ex
maníb9 erí peretur. Nobís ſatís cognítum eſt
íllu ʒ magís bonore maríí q̃ íníuría ſua excru/
cíatuz. Neqꝫ tam anxíe latuꝝ fuíſſe ſí adepta
prouíncía alíí q̃ marío traderetur. Igítur eo
dolore ímpedítus / et quía ſtultícíe vídebatur
alíenã rem ſuo perículo curare: legatos ad bo/
cbuz míſít poſtulatuz ne ſíne cauſa boſtís po/
pulo romano fíeret. babere tum magnaz copíã
ſocíetatís amícícíeqꝫ coníungende: que potíor
bello eſſet. Quanq̃ opíbus ſuís 9ſíderet: tamẽ
non debere íncerta pro certís mutare. Omne
bellum ſummí facíle. ceterum aſperríme deſí/
nere. non ín eíuſdem poteſtate íníc íum eíus et
fínem eſſe. Incípere: cuíuís etíaz ígnauo lícere
Deponí autem cum víctores velínt. Proínde
ſibí regnoqꝫ ſuo cõſulere. neu florentes res ſuas
cum Iugurtbe perdítís míſceret. Ad ea rex
ſatís placíde verba facít ſeſe pacez cupe / Iu/
gurtbe fortunarum míſererí. Sí eadez íllí co/
pía fíeret: omnía conuentura. Rurſus Impe/
rator contra poſtulata Bocbí nuncíos míttít:
ílla probare partím abnuere. Eo modo ſepe ab
vtroqꝫ míſſís remíſſíſqꝫ nũcíís temp9 procedẽ

et ex Metelli voluntate belluꝫ intactũ trahi.
At Marius vt ſupradiximus cupientiſſima
plebe conſul factus poſtq̃ ei Numidiam pro/
uinciam populus iuſſit:antea iam ĩfeſtus no/
bilitati/tum vero inultus atqꝫ ferox inſtare
ſingulos modo/modo uniuerſos leder̃. Dicti/
tare ſeſe conſulatum ex victis illis ſpolia ſuſ/
cepiſſe alia preterea magnifica pro ſe et illis
dolentia. Interim que bello opus erant prima
habere/poſtulare legionibus ſupplementum.
auxilium a populis ⁊ Regibus ſociiſqꝫ arceſ/
ſere. Preterea ex latio fortiſſimum quenqꝫ
pleroſqꝫ militia paucos fama cognitos accire.
et ambiendo cogere homines e meritis ſtipẽ/
diis ſecum proficiſci. Neqꝫ illi ſenatus quanq̃
aduerſus erat de ullo negocio negare audebat.
Ceterum ſupplementum etiaꝫ letus decreũat
quia neqꝫ plebi volenti militia putabatur. et
Marius aut belli vſuꝫ aut ſtudia uulgi amiſ/
ſurus. Sed ea res fruſtra ſperata tanta libido
cum Mario eundi pleroſqꝫ inuaſerat. ſeſe qſqꝫ
preda locupletem fore. victorem domũ redi/
turum/alia huiuſcemodi animis trahebant.
Et eos non paululuꝫ oratione ſua Marius ar/
rexerat. Nam poſtq̃ omnibus que poſtulaũat
decretis: milites ſcribere vult hortandi cauſa
ſimul et nobilitatẽ vti conſueuerat exagitãdi

contionē populi aduocauit. Deinde hoc modo diſſeruit. Scio quirites pleroſqꝫ non iiſdem artibus imperium a vobis petere. et poſtq̄ a/depti ſunt gerere primos īduſtrios: ſupplices: modicos eſſe: Dehinc per ignaniam et ſuperbiam etatem agere. Sed mihi contra ea videtur Nam quo res publica pluris eſt: quam conſulatus aut pretura: eo maiore cura adminiſtrari illam: quam hec peti debere. Neqꝫ me fallit quantum cum maximo beneficio veſtro negotii ſuſtineam: Bellum parare ſimul et erario parcere: cogere ad militiā eos quos nobis offendere domi foriſqꝫ omnia curare: et ea agere inē inuidos occurſantes: factioſos opinione quirites aſperius eſt. Ad hec alii ſi deliquere: vetꝰ nobilitas. maiorum fortia facta: cognatorum et affinium opes multe clientele: omnia p̄ſidio aſſunt. Mihi opes in memet ſite: quas neceſſe eſt: et virtute et innocentia tutari. Nam alia infirma ſunt. et illud intelligo quirites omnia in me conuerſa eſſe: equos bonoſqꝫ fauere. quippe beneficia mea. R. P. precedunt. nobilitatem locum inuadendi me querere. Quo mihi acrius annitendum eſt: vt neqꝫ vos capiamini et illi fruſtrati ſint. Ita ad hoc etatis a pueritia fui. vt omnes labores pericula conſueta habeā. Que āte veſtra beneficia gratuito faciebā

ea vti accepta mercede deferam non eſt conſi-
liuȝ quirites. Illis difficile eſt in poteſtatibus
temꝑare qui per ambitionem ſeſe probos ſimu
lauere. Mihi qui omnem etatem in optimis
artibus egi: bene facere iam ex cõſuetudine in
naturam vertitur. Bellum me gerere cum Iu
gurtha iuſſiſtis quam rem nobilitas egerrime
tulit. Queſo reputate cum animis veſtris nũ
id mutari melius ſit. Si quem ex illo globo no
bilitatis ad hoc negocium aut vel aliud tale
negocium mittatis: hominem veteris proſa-
pie ac multarum imaginum et nullius ſtipen-
dii. ſ. vt in tãta re ignarus omnium: trepidet
feſtinet: ſummat aliquẽ ex populo monitorem
ſui officii. Ita plerumq̃ euenit vt quem impa
rare iuſſiſtis: is ſibi alium imperatorem que-
rat. Atq̃ ego ſcio qui poſtq̃ conſules facti ſũt
acta maiorum et grecorum militaria precepta
legere ceperunt prepoſteri homines. Nam ge
rere quam fieri conſul tempore poſteriꝰ re atq̃
vſu prius eſt. Comparate nũc quirites cum il
lorum ſuperbia me hominem nouum. Que illi
audire et legere ſolent. eorum partem vidi:
alia egomet geſſi. que illi litteris. ea ego didici
militando. Nunc vos exiſtimate facta an dic
ta pluris ſint p̄cii. Contemnũt nouitatẽ meã:
ego illoꝝ ignauiã. mihi fortuna: illis probra

obiectantur:q̄q̄ ego naturam vnaꝫ et cōmunē omnium exiſtimo. ſed fortiſſimum quemq̄ꝫ generoſum eſſe. Ac ſi iā ex partibus Albini aut beſtie queri poſſet: me ne an illos ex ſe gigni maluerint: quid reſponſuros creditis: niſi ſeſe liberos quaꝫ optimos voluiſſe? quod ſi iure me deſpiciunt: faciunt ideꝫ maioribus ſuis quib9 vti mihi ex virtute nobilitas cepit. Inuident honori meo. ergo inuideāt labori et innocētie. periculis etiam meis quoniā per hec illū cepi. Verum homines corrupti ſuperbia ita etatem agunt: quaſi veſtros honores contemnant. Ita hos petunt quaſi honeſte vixerint ne illi falſi ſunt. qui diuerſiſſimas res pariter expectant ignauie voluptatem et premia virtutis. Atq̄ꝫ etiam cum apud vos aut in ſenatu verba faciunt: pleraq̄ꝫ oratione ſuos extollūt. eoꝝ fortia facta memorando clariores ſe putant: qđ cōtra eſt. Naꝫ quanto vita eorum preclarior tanto eorum ſocordia flagitioſior. Et profecto ita ſe res habent. maiorum gloria poſteris lumē eſt. neq̄ꝫ bona neque mala eoruꝫ in occulto patitur Huiuſce rei ego inopiā patior quirites. Veruꝫ id quod multo preclarius eſt: mea facta mihi dicere licet. Nunc videte quam iniqui: quod ex aliena virtute ſibi arrogāt: id mihi ex mea virtute non concedunt. Scilicꝫ: qui imagines

non habeo ⁊ quia mihi noua nobilitas eſt:quã
certe peperiſſe. melius eſt quam acceptaꝫ cor/
rupiſſe. Equidem ego ignoro: ſi iam reſpondẽ
velint abunde illis facundam:et compoſitam
orationeꝫ fore. Sed ĩ maximo ueſtro beneficio.
cum omnibus locis me voſq; maledictis lace/
rent:non placuit reticere:ne quis modeſtiam
in conſcientiam duceret. Nam me equidem ex
animi ſentẽcia nulla oratio ledere põt. quippe
vera neceſſa eſt bene predicet. falſa vita mo/
reſq; mei ſuperent. Sed quoniam veſtra con/
ſilia accuſantur:qui mihi ſummum honoreꝫ et
maximum negotium impoſuiſtis :etiam atq;
etiam reputate num eorum penitendum ſit.
Nõ poſſũ fidei cauſa ymagines neq; triũphos
aut conſulatus maiorum meorũ oſtentare. At
ſi res poſtulet haſtas vexillum phaleras. alia
militaria dona:preterea cicatrices aduerſo cor
pore. he ſunt mee ymagines hec eſt mea nobi
litas non hereditate relicta :vt illa illis . Sed
que ego pluribus laborib9 ⁊ periculis queſiui.
non ſunt compoſita verba mea. parũ id facio:
ipſa ſe virtus ſatis oſtendit. illis artificio op9
eſt:vt turpia facta oratione tegãt . Neq; lit/
teras grecas didici:paruꝫ eas placebat diſcer:
quippe que ad virtutem doctorib9 ꝓfuerunt
nihil. At illa multo optĩa rei . Pu. doctus ſuꝫ

hoſtes ferire:preſidium agitare:nihil metuere niſi turpem famam:hyemem et eſtatem iuxta pati:humi requieſcere eodem tempore inopiã ⁊ laborꝫ tolerare. His ergo preceptis milites hortabor. Neq; illos arte colam:me opulenter neq; gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc eſt vtile hoc ciuile imperium nam cum tu te per mollitiẽ agas exercitũ ſupplicio cogere: hoc eſt dominum non imperatorem eſſe. Hec atq; alia talia maiores veſtri faciẽdo ſeq; rẽq; publicã celebrauere. Quis nobilitas freta ipſa diſſimilis moribꝰ nos illorum emulos cõtẽnit. et omnes honores nõ ex merito ſed q̃ſi debitos a vobis repetit. Ceterũ homines ſuperbiſſimi procul errant. Maiores eorꝫ omnia que lice/bat illis reliq̃re. Diuitias:ymagines:memoriã ſui:preclaram virtutẽ non reliquere:neq; po/terãt. ea ſola neq; datur dono neq; accipitur. Sordidum me et in cultis moribus aiunt:quia parum ſcite conuiuiũ exorno. neq; hiſtrionem vllum:neq; pluris pretii coquum quaꝫ villicũ habeo. que mihi libet confiteri quirites. Nam a parente meo:⁊ aliis ſanctis viris ita accepi: munditias mulieribus:viris laborꝫ cõuenire: omnibꝰ bonis oportẽ plꝰ glorie quã diuitiaꝝ. arma:non ſuppellectilem decori eſſe. Quum ergo quod iuuat. quod carũ eſtimant. id ſemꝑ

faciant. ament. potent. vbi adoleſcétiam ha/
buere: ibi ſenectutem agant. ĩ cõuiuiis dediti.
ventri et turpiſſime parti corporis. ſudorem
puluerem et alia talia relinquant nobis: quib9
illa epulis iucundiora ſunt. Veruz non eſt ita.
Nã vbi ſe flagitiis decoraue͞r turpiſſimi viri:
bonorum premia ereptum eũt. Ita ĩiuſtiſſime
luxuria et ignauia: peſſime artes illis qui co/
luere eas nihil officiunt. R. Pu. innoxie cladi
ſunt. Nunc quoniam illis quantũ mores mei:
non quantuz illorũ flagitia poſcebãt reſpõdi:
de re Pu. loquar. Primuz omniũ de Numidia
bonum habete animuz quirites Nãq vſq ad
hoc temp9 Iugurtham que tutata ſunt omnia
remouiſtis. auaritiam. imperitiam. atq ſup/
biam. Deinde exercitus eſt ibi locoruz ſciens.
ſed me Hercule magis ſtrenuus quam felix.
Nam magna pars ei9 auaritia aut temeritate
ducum attrita eſt. Quamobrẽ vos quib9 mi/
litaris ĩeſt etas. adnitimini mecũ et capeſcite.
. R. Pu. neq quemquam ex calamitate aliorũ
aut imperatorũ ſuperbia metus ceperit. ego/
met in agmine aut in prelio conſultor. idem et
ſocius periculi uobiſcũ adero: me voſq ĩ omib9
rebus iuxta geram. Et profecto diis iuuan/
tib9 omnia matura ſũt. victoria: preda: laus.
Que indubia aut procul eſſent: tamen omnes

bonos Rei publice ſubuenire deceret. Etenim ignauia nemo ĩmortalis factus eſt. neq͏̃ quiſq͏̃ parens liberis vti eterni forent: optauit: ma/gis vt boni boneſtiq͏̃ vitam exigerent. Plura dicerem Quirites: ſi timidis virtutem verba adderent. Nam ſtrenuis abũde dictum puto. Huiuſcemodi oratione babita. Marius poſt/quam plebis animos arrectos videt propere commeatu: ſtipendio: armis: aliiſq͏̃ utilibus na/ues onerat. Cum bis Aulum mallium lega/tum proficiſci iubet. Ipſe interea milites ſcri bere: non more maiorum neq͏̃ ex claſſibus. Sed vti cuiuſq͏̃ libido erat. capite cenſos pleroſq͏̃. Id factum alii inopia bonorum: alii per am/bitionem conſulis memorabant. Quod ab eo genere celebratus: auctuſq͏̃ erat. et bomini po tentiam querenti: egentiſſimus quiſq͏̃ oppor tuniſſimus. Cui neq͏̃ ſua cura quippe q̃ nulla ſunt. Et omnia cum precio boneſta videntur. Igitur cum aliquanto maiore numero. Ma/rius quam decretum erat in Affricam pro/fectus: paucis diebus Vticam aduebitur. Ex/ercitus ei traditur a. P. Rutilo legato. Nam Metellus conſpectum Marii fugerat: ne vi/deret ea que audita animus tolerar̃ nequiue/rat. Sed cõſul expletis legionib9 cobortibuſq͏̃ auxiliariis: ĩ agrũ fertilem et preda bonuſtũ

proficiſcitur. Omnia ibi capta militibus do/
nat. Deinde caſtella et oppida natura et vi/
ris parum munita aggreditur. prelia multa/
Ceterum alia leuia aliis locis facere. Interim
noui homines ſine metu pugne adeſſe. videre
fugientes capi aut occidi. fortiſſimum quemqꝫ
tutiſſimum armis libertatem patriam paré/
teſqꝫ et omnia alia tegi gloriam atqꝫ diuitias
queri. Sic breui ſpacio noui intereſqꝫ coluere:
Et virtus omnium equalis facta. At Reges
vbi de aduentu Marii cognouerunt: diuerſi
in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthe pla/
cuerat ſperáti: mox effuſos hoſtes ĩuadi poſſe.
Romanos ſicuti pleroſqꝫ remoto metu laxius
licentiuſqꝫ futuros. Metellus interea Romam
profectus contra ſpem ſuam letiſſimis animis
ſuſcipitur: Plebi patribuſqꝫ poſtquam inui/
dia deceſſerat iuxta carus. Sed Marius im/
pigre prudenterqꝫ ſuorum et hoſtium res pa/
riter attendere. Cognoſcere quid boni vtriqꝫ
aut contra eſſet. Explorare itinera Regum:
conſilia et inſidias anteuenire. Nihil apud ſe
remiſſum: Neqꝫ apud illos tutum pati. Itaqꝫ
Getulos et Iugurtham ex ſociis noſtris perdá
agentes ſepe aggreſſ9 itinere fuderat. Ipſúqꝫ
Regez haud procul ab oppido Cirtha armis
exuerat. Que poſtq̃ glorioſa modo facta ſunt.

neqꝫ belli patrandi copiam cognouit: ſtatuit vrbes que viris aut loco pro hoſtibus. et ad/uerſum ſe oportuniſſime erāt. ſingulas circū/uenire. Ita ratus Iugurtham. aut preſidiis nudatum: ſi ea pateretur: aut prelio certaturuꝫ. Nam Bochus ſepe ad eum miſerat nuntios: velle populi Romani amicitiam nequid a ſe hoſtile timeret. Id ſimulauerit ne quo impro/uiſus grauior accederet: an mobilitate ingenii pacem atqꝫ bellum mutare ſolitus eſſet: parum exploratū eſt. Sed cōſul uti ſtatuerat oppida caſtellaqꝫ munita adire partim vi: alia metu aut premia oſtentando auertere ab hoſtibus. Ac primo mediocra gerebat: exiſtimans Iu/gurtham ob ſuos tutandos in manus ventu/rum. ſed vbi illuꝫ procul abeſſe et aliis nego/tiis intentum accepit: maiora et magis aſpera aggredi tempus viſuꝫ eſt. Erat inter īgentes ſolitudines oppidum magnum et valens no/mine Capſa. cuiꝰ ꝯditor Hercules libys memorabatur. cuius ciues apud Iugurthā immunes leui īpetio: et ob ea fideliſſimi habebantur. muniti aduerſum hoſtes non menibus modo et armis atqꝫ viris. Veꝝ ēt multo magꝭ aſꝑitate locorū. Naꝫ ꝑter oppido loca ꝓpiqua: alia oīa vaſta: īculta: egētia aque: infeſta a ſꝑpentibus quoꝝ uis ſicuti omniū feraꝝ īopia cibi acrior.

Ad hoc natura ſerpentiuƷ pernitioſa: ſiti magis quam alia re accenditur. Eius oppidi potiundi Marium maxima cupido inuaſerat: tum propter vſum belli: tum quia res aſpera videbatur. et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat. haud diſſimiliter ſitum munitumqꝫ. Niſi quod apud Thalam nō lōge a menibus aliqui fontes erant. Capſenſes vna modo atqꝫ ea intra oppidum iugi aqua. Cetera pluuia vtunt̃. Id ibiqꝫ et ī omi affrica que procul a mari incultus agebat: eo facilius tolerabat̃: quia Numide pleriqꝫ lacte ⁊ ferina carne veſcebantur. Et neqꝫ ſalem neqꝫ irritamenta gule querebant. Cibus illis aduerſus famē atqꝫ ſitiƷ: non libidini neqꝫ luxurie erat. Igitur conſul omnibus exploratis: credo Diis fretus nam contra tantas difficultates conſilio prouidere non poterat quippe etiaƷ frumenti inopia tenebatur. quod Numide pabulo pecoris magis quaƷ auro ſtudent. Et quodcunqꝫ natum fuerat iuſſu Regis in loca munita cōtulerant. Ager autem aridus et frugum vacuus ea tempeſtate. Nam eſtatis extremum erat. Tamen pro rei copia ſatis prouidenter exornat. Pecus omne quod ſuperioribus diebus prede fuerat: equitibus auxiliariis agē dum attribuit. Aulum mallium legatum cum

cohortibus ad oppidum laris vbi ſtipendium et comeatum locauerat :ire iubet . Dicitq́ ſe predabundum poſt paucos dies eodem venturum Sic incepto ſuo occultato pergit ad flumen Tanaim. Ceterum in itinere . quottidie pecus exercitui per centurias. Itez per turmas trigīta duo equaliter diſtribuerat. et ex coriis vtres vti fierent curabat . ſimul et inopiam frumēti lenire. et ignaris omnibus parare que mox vſui forent. Deniq́ ſexto die cuz ad flumen vētum eſt. maxima vis vtriū eſt effecta. Ibi caſtris leui munimento poſitis milites cibum capere : Atq́ vti ſimul cum occaſu ſolis egrederentur paratos eſſe iubet Omnibus ſarcinis abiectis . aqua modo ſeque :et iumenta onerare . Deinde poſtquam tempus eſt viſum: caſtris egreditur . Noctemq́ totam itinere facto conſedit. Idem proxima facit . Deinde tertia multo ante lucis aduentum peruenit ad locum tumuloſum longe a Capſa non amplius duum milium īteruallo ibiq́ quā occultiſſime poteſt cum omnibus copiis operitur. Sed vbi dies cepit. ⁊ Numide nihil hoſtile metuentes oppido egreſſi. repente omnez eq̄tatū et cū his velociſſimos pedites curſu tendere ad Capſā et portas obſidē iubet . Deīde ipē ītent⁹ ꝓpere ſeq. neq́ milites ꝑdari ſinere.

Que poſtq̃ oppidani cognouere: res trepide ſunt. ingens met9. malũ inprouiſum. Ad hoc pars ciuium extra menia in hoſtium poteſtate cogere vti deditionem facerent. Ceterum op9 eſt incenſum. numide puberes interfecti ſunt: alii omnes ſunt uenundati. militibus diuiſa p̄da. Id facinus contra ius belli: non auaricia neque ſcelere cõſulis eſt admiſſum ſed quia locus Iugurthe opportunus nobis aditu eſt diffici/lis. genus hominum mobile. infiduꝫ. ante neq; benefitio neq; metu coercitum. Poſtq̃ tantam rem peregit Marius ſine ullo ſuorum incom/modo: magnus et clarus ãtea: maior clarior haberi cepit. Omnia non bene conſulta in virtũtem trahebatur. Milites modeſto imperio habiti: ſimul et lecupletes ad celum ferre marium numide magis quam ullum mortalem timere. Poſtremo omnes ſocii atq; hoſtes credere illi aut mentem diuinam eſſe: aut deorum nutu cuncta portendi. Sed conſul vbi ea res bene euenit ad alia oppida pergit. pauca repug/nantibus numidis capit: plura propter capcẽſium miſerias igni corrumpit. luctu atq; cede omnia complentur. Deniq; multis locis poti/tus: ac pleriſq; exercitu incruento: aliam rem aggredit̃ nõ eadẽ aſpitate q̃ capſenſiũ: ceteꝝ haud ſec9 difficilẽ. Nanq; haud lõge a flumĩe

Mulcha quod Iugurthe Bochiq; regnum diſ/
iungebat: erat inter ceteram planiciem mons
ſaxeus mediocri caſtello ſatis patens. in immē
ſum editus vno peráguſto adítu relicto. Nā
per omnia natura velut opere atq; conſulto p̄
ceps erat. quem locum Marius quod ibi regis
Theſauri erant: ſumma ui capere intendit.
ſed ea res forte: quam conſilio melius eſt geſta
Nam caſtello uirorum atq; armorum ſatis
magna uis. et frumenti et fons aque. aggerib9
turribuſq; et aliis machinationibus locus im/
portunus. Iter caſtellanorum anguſtum ad/
modum utrinq; preciſe uinee cum ingenti pe/
riculo fruſtra agebantur: nam cum he paulo ꝓ
ceſſerant igni aut lapidibus corrumpebantur
Milites neq; pro opere conſiſtere propter ini
quitatem loci: neq; inter uineas ſine periculo
adminiſtrare. optimus quiſq; eadem aut ſau/
ciari. ceteris metus augeri. At Marius multis
diebus et laborib9 conſumptis anxius trahere
cum animo ſuo omitteret ne inceptum quoniā
fruſtra erat: an fortunam operiretur. qua ſepe
proſpere uſus eſt. Que multos dies nocteſque
eſtuans agitaret forte quidem ligus ex cohor/
tibus auxiliariis miles gregarius de caſtris a/
liquantum egreſſus: haud procul ab latere ca
ſtelli qđ aduerſuz preliantibus erat: aīadūtit

inter ſaxa repentes cocleas: quarum cum vnam atq alteram deinde plures peteret ſtudio le/gendi paulatim prope ad ſummum montis e/greſſus eſt. vbi poſtq̄ ſolitudinem intellexit more ingenii humani cupido ad difficilia fa/ciunda animum inuadit. Et forte in eo loco grandis ilex caluerat inter ſaxa. paululū mo/do prona: deinde flexa atq aucta in altitudi/nem: quo cuncta gignentium natura fert cui9 ramis modo: modo eminentibus ſaxis nixus li gus caſtelli planitiē preſcribit. quod cūcti nu mide intenti preliantibus aderant. Exploratꝫ omnibus que mox vſui fore ducebat. Eodem regreditur non temere uti aſcenderat: ſed ten tans omnia: et circunſpiciens. Itaq Marium propere adiit. acta docet. hortatur ab ea par te qua deſcenderat caſtellum tentet. pollice/tur ſeſe itineris periculiq ducem. Marius cū ligure promiſſa eius cognitum ex preſenti/bus miſit. quorum vti cuiuſq ingenium erat: ita rem difficilem: aut facilem renuntiauere Conſulis tamen animus paululum erectus eſt Itaq ex copia tibicinum: et cornicinuꝫ: quinq numero velociſſimos pedites delegit. et cum his preſidio qui foret. iiii. cēturiones omneſq Liguri parere iubet: ⁊ negocio proximū dieꝫ cōſtituit. Sed vbi ex precepto tēpus ē viſum

paratis compoſitiſq̄ꝫ omnibus ad locuꝫ pergit Ceterum illi qui et aſſenſuri erāt predocti ab duce arma ornatūq̄ꝫ mutauerant. Capite atq̄ꝫ pedibus nudis vt proſpectꝰ nixuſq̄ꝫ per ſaxa foret facilis. Super terga gladii et ſcuta. veꝝ ea numidica ex coriis gratia ponderis ſimul et offenſa quominus ſtreperent. Igitur prodiens ligꝰ ſaxa et ſi que vetuſtate radices eminebāt laqueis vīciebat quibus alleuati milites faci/lius aſcenderent. Interdum timidos inſolētia itineris leuare manu vbi paulo aſperior aſcē/ſus erat: ſingulos pre ſe inermes mittere. De/inde ipſe cum aliorum armis ſequi: que dubia nixui videbantur. potiſſimus tentare / ac ſe/pius aſcendens eadem et deſcendens deinde ſtatim digrediens: ceteris audaciam addere. Igitur diu multūq̄ꝫ fatigati tandeꝫ in caſtel/lum perueniunt / deſertum ab ea parte q̄ꝫ oīs ſicut aliis diebus aduerſum hoſtes aderant. Marius vbi ex nunciis cognouit q̄ ligus ege/rat: quanq̄ toto die intentos preliis numidas tentauerat: tum vero cohortatus eſt. Et ipſe extra vineas egreſſus teſtudine acta ſuccedē. et ſimul hoſtem tormentis ſagitariiſq̄ꝫ et fun/ditoribus eminus terrere. At numide ſepe antea vineis romanorum ſubuerſis item incē/ſis: non caſtelli menibus ſeſe tutabantur: ſed

pro muro dies noctesq; agitare. Maledicere romanis. ac mario uecordiam obiectare. Militib9 noſtris Iugurthe ſeruicium minari ſecundis rebus feroces eſſe. Interim omnibus romanis: hoſtibusq; prelio intentis magna ui utrinq; pro gloria atq; imperio his illis pro ſalute certantibus repente a tergo ſigna canere. Ac primo mulieres et pueri qui uiſum proceſſerant fugeř Deinde uti quiſq; muro proximus erat: poſtremo cuncti armati inermeſq;. Quod ubi accidit acrius romani inſtare. fundere. ac pleroſq; tantummodo sauciare. Deinde ſuper occiſorum uadere corpora auidi glorie. certantes murum aſcendere neq; quenquaz omnium preda morari. Sic forte correpta Marii temeritas gloriam ex culpa inuenit. Ceterum dum ea res agitur Lucius Silla queſtor cum magno equitatu in caſtra uenit Qui uti ex latio: et ſociis cogeret exercituz rome relictus erat. Sed quoniam nos tanti uiri res admonuit idoneum uiſum eſt de natura: cultuq; eius paucis dicere. Neq; enim alio loco de Sille rebus dicturi ſumus et Lucius ſiſenna optime diligentiſſime omnium qui eas res dixere perſequutus. parum mihi libero ore loquutus uidetur. Igitur Silla patricie gentis nobilis fuit. familia prope iam extincta maiorum ignauia. litteris grecis atq; latinis iuſte

atq̃ doctiſſime eruditꝰ. aĩo ingenti. cupidꝰ uo luptatũ ſ3 glorie cupidior ocio luxurioſo tñ ab negocio nũq̃ luxuria remorata. niſi q̃ de uxore potuit honeſtius conſuli. facundus. ac calidus et amicicia facilis ad ſimulanda negocia altitu do ingenii incredibilis. multarum reru3. ac ma xime pecunie largitor. atq̃ illi feliciſſimo oĩ/ um ante ciuilem uictoriam nunq̃ ſuper indu/ ſtria3 fortuna fuit. multiq̃ dubitauere: fortior an felicior eſſet. Na3 poſtea que fecerat incer tum habeo pudet an piget diſſerere. Igitur Sil la ut ſupra dictum eſt: poſtq̃ in Africam atq̃ in caſtra Marii cum equitatu uenit rudis ante a et ignarus belli: ſollertiſſimus omnium pau/ cis tẽpeſtatibus factꝰ eſt. Adhoc milites benig ne appellare. multis rogantibus: aliis ipſe per ſe dare beneficia inuitus accipere. ſed ea prope rantius quam es mutuum reddere. ipſe a nullo repetere. magis id laborar̃. uti illi q̃plurimi de berent ioca atq̃ ſeria cum humilimis agere. In operibus in agmine atq̃ in uigiliis multis adeſ ſe neq̃ interim quod parua ambitio ſolet con/ ſulis aut cuiuſq̃ boni famam ledere. tantummo do neq̃ conſilio neq̃ manu priorem alium pati pleroſq̃ anteuenire. Quibus rebus et artibus breui Mario et militibus clariſſimus factus eſt At Iugurtha poſtq̃ oppidum Capſam alioſq̃

locos munitos et ſibi utiles : ſimul et pecuniam magnam amiſerat:ad Bochum nuncios mittit. q̃primum in numidiam copias adduceret. Prelium faciundi tempus adeſſe. Quem ubi cunctari accepit : dubium belli:atq̧ pacis rationes trahere rurſus uti antea proximos eius donis corrumpit Ipſiq̧ Bocho pollicetur numidie terciam partem ſi aut romani africa expulſi : aut ītegris ſuis finibus bellum compoſitum foret eo premio Bochus illectus cuꝫ magna multitudine Iugurtham accedit. Ita amborum exercitu coniuncto:Marium in hiberna proficiſcentem uix decima parte diei reliqua inuadunt rati noctem que iam aderat:et uictis ſibi munimento fore. et ſi uiciſſent nullo impedimento ꝙ locorum ſcientes erant. Contra romanis utrunq̧ caſum in tenebris difficilem fore. Igitur ſimul conſul ex multis de hoſtium aduentu cognouit et ipſi hoſtes aderant: et priuſquam exercitus aut inſtrui:aut ſarcinas colligere. denique antequam ſignum:aut imperium ullum accipere quiſſꝫ eq̃tes. Mauri atq̧ getuli. nõ acie neq̧ illo more prelii: ſed cateruatī vti ſors quoſq̧ cõglobauerat in noſtros concurrunt. Qui omnes trepidi improuiſo metu: attamen virtutis memores:aut arma capiebant: aut capientes alios ab hoſtib9 defendabant:Pars equos aſcendẽ

obuiam ire hoſtibus. pugna latrocinio magiſq̄
prelio ſimilis fieri. ſine ſignis ſine ordinibus
equites pediteſq; permixti : cedere alios : ob/
truncare. multos contra aduerſos acerrime pug
nantes ab tergo circunuenire neque uirtus neq;
arma ſatis tegere ꝙ hoſtes numero plures et un
dique circunfuſi erant. Deniq; Romani ve
teres : nouique et ob ea ſcientes belli : ſi quos lo/
cus : aut caſus coniunxerat : orbes facere. Atq;
ita ab omnibus partibus ſimul tecti et inſtruc
ti : hoſtium uim ſuſtentabant. Neque in eo taꝫ
aſpero negocio Marius territus aut magiſq̄ an
tea dimiſſo animo fuit. ſed cum turma ſua quā
ex fortiſſimis magiſq̄ ex familiariſſimis para/
uerat : uagari paſſim. ac modo laborantibus ſu
is ſuccurrere. modo hoſtes ubi confertiſſimi ob
ſtiterant inuadere. manu conſulere militibus :
quoniam imperare conturbatis omnibus non
poterat. Iamq; dies conſumptus erat cum ta/
men barbari nihil remittere atq; uti reges pre
ceperant : nocteꝫ pro ſe rati acrius inſtare. Tū
Marius ex copia rerum conſilia trahit. atque
uti ſuis receptui locus eſſet : colles duos inter ſe
propinquos occupat. Quorum in uno caſtris
parum amplo : fons aque magnus erat. Alter
uſui oportunus : quia magna parte edita et
precipiti pauca munimenta querebat. Ceteꝝ

apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare iubet. Ipſe diſperſos milites paulatim neque minus hoſtibus conturbatis in unum tra hit. Deinde in unum cunctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita reges loci difficultate coacti prelio deterrentur. Neque tñ ſuos longi us abire ſinunt. ſed utroque colle multitudine circumdato effuſi conſedere. deinde crebris ig/ nibus factis plerunque noctis barbari more ſu o letari. exultare. ſtrepere: pedibus vocibus. et ipſi duces feroces: quod non fugere: aut pro uictoribus ſeſe agere. Sed ea cuncta roma/ nis ex tenebris et editioribus locis facilia vi/ ſu magnoqꝫ hortamento erant. Plurimum ue/ ro Marius in pericia hoſtium confirmatus: quaꝫ maximum ſilentium haberi iubet: nec ſig na quidem uti per uigilias ſolebant canere. de inde ubi lux aduentabat defeſſis iam hoſtibus ac paulo ante ſomno captis: de inprouiſo vec/ tigales: item cohortium: turmarum: legionum tubicines ſimul omnes tuba canere. Milites cla moreꝫ tollere: aut portis erumpere iubet. Mau ri atque getuli ignoto atque horribili ſonitu repente exciti: neque fugere neque arma cape re. neque omnino facere aut prouidere quicquā poterant. Ita cunctos ſtrepitu: clamore: nul lo ſubueniente: noſtris inſtantibus tumultu:

terrore formidine quaſi uecordie acceperat. de nique omnes fuſi fugatiq; arma: et ſigna mili-taria pleraque capta ſunt. pluresque eo pre-lio quam omnibus ſuperioribus interempti ſũt Nam ſomno et metu inſolito impediti fuga. Deinde Marius ut ceperat in biberna profi-ciſcitur propter comeatum in opidis Mariti-mis agere decreuerat. Neq; tamen uictoria ſo-cors: aut inſolens factus. ſed pariter ac in conſ pectu hoſtium quadrato agmine incedere. Sil la cum equitatu apud extremos in ſiniſtra par te Aulus mallius cuz funditoribus et ſagitta-riis. Preterea cohortes ligurum curabat Pri-mos et extremos cum expeditis maniplis tribu nos locauerat. Perfugi minime cari: et regi onum ſcientiſſimi. Hoſtium iter explorabant. Simul conſul quaſi nullo impoſito omnia pro-uidere. apud omnes adeſſe. laudare. aut incre-pare merentes. ipſe armatus intentuſq; item milites cogebat. neque ſecus atque iter facere: caſtra munire: excubitum in porta cohortes. ex legionibus pro caſtris equites auxiliarios mit-tere. Preterea alios in munimentis ſuper uallũ locare. uigilias ipſe circunuenire. non tam dif-fidentia futurorũ que imperauiſſet: quam uti militibus exequatus cum imperatore labor uo-lentib9 eſſet. et ſane Marius illoq; aliiſq; tem

poribus Iugurthini belli pudore magis quam malo exercitũ coercebat. ꝙ multi per ambitio / nem fieri agebant ꝙ a puericia conſuetam du riciam et alia que ceteri miſerias uocant uolup tati habuiſſet niſi tamen ac. R. P. pariter ac ſeuiſſimo imperio bene atq; decore geſta ſunt. Igitur quarto denique die haud longe ab oppi do Cirtha undique ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtentant. Quare hoſtis adeſſe intelligitur. Sz quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte atq; omnes idem ſignificabant: conſul incertus quo nam modo aciem inſtrueret. nullo ordine com / mutato aduerſum omnia paratus: ibidem ope / ritur. Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata: qui co pias in quatuor partes diſtribuerat ratus ex oĩ bus eque aliquos ab tergo hoſtibus uenturos. Interim Sylla quem primum hoſtes attinge / rant cohortatus ſuos: turmatim: et q̃maxime cõ fertis equis ipſe: aliiq; mauros inuadunt. Cete ri in uno loco manentes ab iaculis eminus emiſ ſis: corpora tegere. et ſi qui in manu uenerant obtruncare. dum eo modo equites preliantur: Bochus cum peditibus quos Volux filius eius adduxerat. neq; in priore pugna in itinere mo rati affuerant: poſtremam romanorum aciem ĩ uadunt. Tum Marius apud primos age / bat. Q2 ibi Iugurtha cum plurimis erat.

Deinde numida cognito Bochi aduentu: clam cum paucis ad pedites conuertit. Ibi latine nã apud Numanciam loqui didiſcerat exclamat noſtros fruſtra pugnare. pauloante Marium ſua manu interfectum ſimul gladium ſangui/ne oblitum oſtendere. quem in pugna ſatis im pigre occiſo pedite noſtro cruentauerat. Quod ubi milites accepere: magis attrocitate rei quã fide nuncii terrentur. ſimulque barbari animos tollere: et imperculſos acrius incedere iamque paululum a fuga aberant: cum Sylla profliga/tis his quos aduerſum ierat rediens mauris ab latere incurrit. Bochus ſtatim auertit̃. At Iu/gurtha dum ſuſtentare ſuos et prope iam adep tam uictoriam retinere cupit ab equitibus cir cumuentus dextra ſiniſtra omnibus occiſis: ſo/lus inter tela hoſtium uitabundus erupit. At/ꝗ interim Marius fugatis equitibus: occurrit auxilio ſuis quos pelli iam acceperat. Denique hoſtes iam undique fuſi ſunt. tum ſpectaculum horribile in campis patentibus ſequi. fugere. occidi. capi. equi atque uiri afflicti. uulnerib9 acceptis: neque fugere poſſe. neq; quietem pati niti modo. ac ſtatim concidet̃. Poſtremo omnia qua uiſus erat conſtrata telis armis: cadauerib9 et interea humus infecta ſanguine. Poſtea loci conſul haud dubie iam uictor peruenit in oppi

dum Cirtham quo initio profectus intenderat
Eo poſt quintum diem quam iterum barbari
male pugnauerant : legati a Bocho veniunt .
qui regis uerbis ab Mario petiuere duos quaꝫ
fidiſſimos ad eum mitteret . uelle de ſuo popu/
li Romani commodo cum his diſſerere . Ille ſta
tim Lucium Syllam et Aulum mallium ire iu
bet . Qui quamq̃ acciti ibant tamen placuit uer
ba ad Regem : facere . Ingenium aut uti aduer/
ſum flecterent aut cupidum pacis uehementi/
us accenderet Itaque Sylla cuius facundie non
etati a Mallio conceſſum eſt . verba pauca hu/
iuſcemodi eſt loquutus . Rex Boche magna no
bis eſt leticia : cum te talem virum dii monu/
ere : vt aliquando pacem quam bellum malles
neu te optimum cum peſſimo omnium Iugur/
tha miſcendo commaculares : ſimul nobis deme
res acerbam neceſſitudinem : pariter te erran/
tem et illum ſceleſtiſſimum perſequi . Ad hoc
populo Romano iam a principio inopi : melius
viſum amicos quam ſeruos querere : tutiuſque
rati volentibus quam coactis imperitare . Ti/
bi nulla opportunior amicicia noſtra primuꝫ
quod procul abſumus in quo offenſe minimuꝫ
eſt gracia par ac ſi prope adeſſemus . Dein
de quod parentes abunde habemus . Amico/
rum neque nobis neque cuiquam hominum ſatꝭ

fuit atque hic utinam tibi a principio placuiſ ſet profeſto ex populo Romano ad hoc tempus multa plura bona accepiſſes: quam mala per / peſſus eſſes. Sed quoniam humanarum rerum pleraque fortuna gerit: cui ſcilicet complacuit vim et graciam te: experiri nunc quoniam per illam licet: feſtina atque uti cepiſti perge. Mľ ta opportuna habes quo facilius errata offici / is ſuperes. Poſtremo hec in pectus tuum di mitte: nunquam populum Romanum benefi / ciis uictum eſſe. Nam bello quam ualeat tu te ſcis. Ad ea Bochus placide et benigne ſimul pauca pro delicto ſuo uerba facit ſe non hoſtili animo ſed ob regnum tutandum arma cepiſſe. Nam Numidie partem vnde Iugurtham ex / pulerit iure belli ſuam factam eam vaſtari a Mario pati nequiuiſſet. Preterea miſſis an tea Romam legatis: repulſum ab amicicia. Ce terum vetera omittere ac tum ſi per Mariuz liceret legatos ad ſenatum miſſurum. Dein / de copia facta loquendi animus barbari ab a / micis flexus: quos Iugurtha cognita legatione Sylle et Mallii metuens id quod parabatur donis corruperat. Marius interim exercitu in hybernaculis compoſito: cum expeditis cohor / tibus et parte equitatus proficiſcitur in loca ſola obſeſſum turrim regiam quo Iugurtha per

fugas omnes preſidium impoſuerat. Tum rurſus Bochus feliciter ſeu reputando que ſi/bi duobus preliis euenerant: ſeu monitus ab a/liis amicis quos incorruptos Iugurtha relique rat. Ex omni copia neceſſariorum quinque delegit. Quorum et fides cognita ualidiſſima erant. Eos ad Marium ac deinde ſi placeat ro mam legatos iubet ire : agendarum rerum : et quocunque modo belli componendi licenciam ipſis permittit. Illi mature ad hyberna ro/manorum proficiſcuntur. Deinde a Getulis latronibus in itinere circumuenti ſpoliatique pauidi ſine decore ad Syllam profugiunt. quē Conſul in expeditionem proficiſcens pro pre/tore reliquerat eos ille non pro uanis hoſtibus vt meriti erant: ſed accurate et liberaliter ha buit. Quare Barbari et famam romanorum a/uaricie falſam. Et Syllam ob munificentiam in ſeſe amicum rati. Nam etiam tum largi/to multis ignota erat. Munificus et nemo pu/tabatur niſi pariter uolens dona omnia in be/nignitate habebantur. Igitur queſtori manda ta Bochi patefaciunt : ſimul ab eo petunt vti fautor : conſultorque ſibi adſit copias : fidem : magnitudinem regni ſui et alia que aut vtilia aut beñuolēcie eē credebāt: ořone extollūt. deiñ Sylla oīa pollicito docti quomō apud marium

Item apud ſenatuꝫ uerba facerens. circiter. xl.
operiuntur. Marius poſtquam infecto quo
intenderat negocio rediit Cirtham de aduen/
tu legatorum certior factus eſt illoſque et Syl/
lam ab utica uenire iubet. Item Lucium belli/
gerum pretorem preterea omnes undiqꝫ ſena/
torii ordinis: quibus cum mandata Bochi cog/
noſcit. in quis legatis poteſtas Romam eundi
fit et ab conſule interea inducie poſtulabantur
ea Sylle et pleriſque placuere pauci ferocius
decerunt ſcilicet ignari rerum humanarum :
que fluxe et mobiles ſemper in aduerſa mutan
tur. Ceterum mauri impetratis omnibus rebus
tres Romam profecti: cum Gn. octauo rufuo/
ne: qui queſtor ſtipendium in Africam porta/
uerat: Duo ad Regem redeunt. Ex his Boch9
cum cetera: tum maxime benignitatem: et ſtu/
dium Sylle libens accepit. Romeqꝫ legatis ei9
poſtq̄ erraſſe Regem et Iugurthe ſcelere lap/
ſum deplorati ſunt amiciciam et fedus petenti
bus hoc modo reſpondetur. Senatus et popu/
lus Romanus beneficii et iniurie memor eſſe
ſolet Ceterum Bocho quoniam penitet delicti
graciam facit: fedus et amicicia dabuntur. Cū
meruerit. Quibus rebus cognitis boch9 per lit
teras a Mario petiuit: vt Sylla ad ſe mitte/
ret. Cuius arbitratu de negociis cōmunibus

conſuleretur. Is miſſus cum preſidio equitum
atque peditum: funditorum baleatorum prete
rea iere ſagittarii. et cohors peligna cum uelita
rib9 armis itineris ꝓperādi cā neqꝫ his ſec9 atqꝫ
aliis armis aduerſum tela hoſtium ꝙ ea leuia
ſunt muniti erant ſed in itinere quinto deni/
que die Volux filius Bochi repente in campis
patentibus cum mille et non amplius equitib9
ſeſe oſtendit: qui temere et effuſe euntes Sylle
aliiſque omnibus et numerum ampliorem uero
et hoſtilem metum efficiebant. Igitur ſe quiſqꝫ
expedire arma atqꝫ tela tentare: intendere: ti/
mor aliquantus ſed ſpes amplior: quippe uic/
toribus et aduerſum eos quos ſepe uicerant. In
terim equites exploratum premiſſi rem uti e/
rat quietam nunciant. Volux adueniens que/
ſtorem appellat: dicitque a patre Bocho obui/
am illis ſimul et preſidium miſſum. Dein/
de per eum et proximum diem ſine metu con/
iuncti eunt. Poſt vbi caſtra locata et diei ueſꝑ
erat: repente Maurus incerto uultu pauens ad
Syllam occurrit: dicitque ſibi a ſpeculatoribus
cognitum: Iugurtham haud procul abeſſe. Si/
mul vti noctu clam ſecum profugeret: rogat
atque hortatur. Ille animo feroci negat ſe
totiens fuſum Numidam pertimeſcere: vir
tuti ſuorum ſatis credere etiam ſi peſtis certa

adeſſet manſurum potius quam proditis his quos ducebat: turpi fuga incerte ac forſitá poſt paulo interiture morbo uite parceret. Ceteruƺ ab eodem monitus vti noctu proficiſcerentur: conſilium approbat ac ſtatim milites cona tos eſſe in caſtris: igneſqꝫ creberrimos fieri. Dein de prima uigilia ſilencio egredi iubet. Iam qꝫ nocturno itinere feſſis omnibus: Sylla pari/ter cum ortu ſolis caſtra metebatur: cum equi/tes mauri nunciant Iugurtham circiter duum miliū interuallo conſediſſe ante eos quod poſt q̄ auditum eſt. tum vero ingens metus noſtros inuadit: credere ſe proditos a Voluce et inſidiis circumuentos. Ac fuere qui dicerent manu uin dicandum neque apud illum tantum ſcelus in ultum relinquendum. At Sylla quamquam ea dem exiſtimabat: tamen ab iniuria maurum ꝓ hibet. ſuos hortatur: uti fortem animum gere/rent. Sepe dicebat antea a paucis aduerſus mł titudinem bene pugnatum quanto ſibi in pre lio minus pepercissent: tanto tutiores fore. nec quenquam decere quem manus armauerat: ab ī ermibus peditibus auxilium petere in maxi/mo metu nudum et cecum corpus ab hoſte uer/tere. Deinde Volucem quoniam hoſtilia fa/ceret. Iouem maximum obteſtatus: vt ſceleris atqꝫ perfidie Bocbi: teſtis adeſſƺ: caſtris abire

iubet. Ille lacrimans orare ne ea crederet. nihil dolo factum. ac magis calliditate Iugurthe cui uidelicet ſpeculanti: iter ſuum cognitum eſſet. Ceterum quoniam ingentem multitudinez nō haberet et ſpes opeſqꝫ omnes ex patre ſuo pen/derent: ut crederet illum non auſurum palam: cum ipſe filius hic teſtis adeſſet. Quare optimum factum uideri per media eius caſtra palam tranſiret ſeſe uel premiſſis uel ibidem re/lictis mauris: ſe ſolum cuz Sylla iturum. ea res uti in tali negocio probata eſt ac ſtatim profecti quia de improuiſo acciderant: dubio atque heſitante Iugurtha incolumes tranſeunt. De/inde paucis diebus quo ire intenderant peruē tū eſt Ibi tū Bocho numidaqdā nomine Aſp multum et familiariter agebat: premiſſus a Iugurtha poſtqꝫ Syllam accitum audierat oratū et ſpeculatum Bochi conſilia ierat. Preterea dabar maſſugrade filius ex gente maſiniſſe ceterum materno genere impar. nam mater eius ex concubina orta erat: ob ingentia multa fac/ta mauro carus acceptuſqꝫ quem Bochus fiduz Romanis multis antea tempeſtatibus exper/tus: ilico ad Syllam nunciatum mittit pa/ratum ſeſe facere que populus Romanus vellet: colloquio diem locum. Tempus ipſe deligeret. Conſulta ſeſe diem omnia cum illo

integra habere: neu Iugurthe legatum perti/
meſceret quo res comunis licentius gereretur.
Nam ab inſidiis eius aliter caueri nequiuiſſe:
Sed ego comperior Bochum magis punica fide
quam ob ea que predicebat: ſimul romanos et
Numidam ſpe pacis detinuiſſe. Multumq;
cum ſuo animo uoluere ſolitum: Iugurtham ro
manis an illi Syllam traderet libidinem aduer
ſum nos: metum pro nobis ſuaſiſſe. Igitur pau
ca Sylla reſpondit coram aſpere loquuturum
Cetera occulte aut nullo preſente aut q̄ paucis
ſimis preſentibus. Simul edocet que reſpon
derentur. Poſtquam ſicuti uoluerant congreſ/
ſi dicit ſe miſſum a conſule ueniſſe queſitum ab
eo: pacem an bellum agitaturus foret: Tunc
rex uti preceptum fuerat: poſt diem decimum
redire iubet ac nihil iam nunc decreuiſſe ſed il
lo die reſponſuruz. Deinde ambo ad ſua caſtra
digreſſi. Sed ubi plerunq; noctis proceſſit. ſil
la a Bocho occulte accerſitur ab utroq; tantum
modo fidi interpretes adhibentur. Preterea
dabar internuncius ſanctus vir iurat ex ſen/
tencia ambobus ac ſtatim ſic Rex incipit. Nū
quam ego ratus ſum fore. Vti rex maximus in
hac terra et omnium opulentiſſimus quos noui
priuate homini graciā deberem. et Hercule ſil
la añ te cognitū mſtꝗ orātib9 aliis ultro egemet

opem tuli : nullius indigui. Id imminutum
quod ceteri ſolent dolere ego letor fuerit mihi
eguiſſe aliquando precium tue amicicie qua a/
pud animum meum nihil carius habeo. Id adeo
o experiri licet arma uiros pecuniam poſtremo
quicquid animo libet ſume utere et quo adiu/
ues nunquam tibi redditam graciam putaue/
ris : ſemper apud me integra erit. Deniqꝫ nihil
fruſtra uoles : me ſciente. Nam ut ego exiſtimo
Regem armis quam munificentia uinci minus
flagicioſum. Ceterum de re publica ueſtra cuiꝰ
huc curator miſſus es paucis accipe. Belluz ego
populo romano neqꝫ feci neque factum unquaz
uolui. Fines meos aduerſum armatos armis tu
tatus ſum. Id omitto quando vobis ita placet.
Gerite vti uultis cum Iugurtha bellum ego flu
men Mulucham quod iter me et Micipſam fu
it : non egrediar neque intrare Iugurtham ſi/
nam. Preterea ſi quid meque uobiſqꝫ dignum
petiueris aut repulſus abibis. Ad ea Sylla ꝓ
ſe breuiter et modice de pace de communibus
rebus multis diſeruit. Deinde regi patefe/
cit : quod polliceatur ſenatum et populum ro/
manum quoniam amplius armis ualuiſſent nō
in gracia habituros. faciendum aliquid quod
illorum magiſquam ſuam retuliſſe viderēt id
adeo in promptu eſſe quoniaz Iugurthe copiā

haberet:quez ſi Romanis tradidiſſet fore ut il
li plurimum deberetur amiciciam ſed9 numi/
die partem quam nunc peteret tum ultro ad/
uenturam: Rex primo negare affinitatem cog
nationem preterea fedus interueniſſe. Ad hoc
metuere ne fluxa fide uſus popularium animos
auerteret quis Iugurtha carus Romani inuiſi
erant. Denique ſepius fatigatus leniter ex uo/
luntate Sille omnia ſe facturum promittit. Ce
terum ad ſimulandum pacem cuius numida de
feſſus bello auidiſſimus erat que utilia uiſa con
ſtituunt. Ita compoſito dolo digrediuntur. Et
Rex poſtero die Aſperem Iugurthe legatum
appellat. Dicitque ſibi per Dabarem ex Silla
cognitum poſſe conditionibus bellum poni q̈/
obrem Regis ſui ſentenciam exquireret ille in
caſtra Iugurthe uenit. Deinde cuncta doctus
properato itinere:poſt diem octauum redit ad
Bochum et ei nunciat Iugurtham cupere omni
a que imperarentur facere. ſed Mario parum
confidere. Sepe antea cum imperatoribus ro/
manis pacem conuentam fruſtra fuiſſe. Ce/
terum Bochus ſi ambobus conſultum et ratam
pacem uellet daret operam vt vna ambobus
quaſi de pace in colloquium veniretur ibique
Syllam traderet ſibi. Cum talem virum
in poteſtate habuiſſet: Tum fore uti iuſſu

ſenatus populi. R. fedus fieret neq; hoīem no
bilem non ſua captum ignauia ſed ob rem po/
puli. R. in hoſtium poteſtate relictum iri. hec
Maurus ſecuz ipſe diu uoluens tandem promi
ſit. Ceterum dolo an uero cunctatus parum cō
perimus ſed plerunque regie voluntatis vt ve
hementes ſic mobiles ſepe ipſe ſibi aduerſe. Po
ſtea tempore et loco conſtituto in colloquium
uti de pace ueniretur Bochus Sillaz modo: mo
do Iugurthe legatum appellare benigne habe/
re. Idem ambobus polliceri. Illi leti pariter ac
ſpei bone eſſe pleni. Sed nocte ea que proxima
fuit ante diem colloquium decretum Maurus
adhibitis amicis ac ſtatim immutata uolun/
tate remotis a ſe ceteris dicitur ſecum ip/
ſe multa agitauiſſe vultu colore ac motu cor/
poris pariter atq; animo uarius. Que ſcilicet
ita tacente ipſo occulta et oris immutatione pa
tefeciſſe tamen poſtremo Syllam accerſiri iu/
bet et ex eius ſentencia Numide inſidias ten/
dit. Deinde ubi dies aduenit et ei nunciatum
eſt Iugurtham haud procul eſſe cum paucis a/
micis et queſtore noſtro quaſi obuius honoris
cauſa procedit in tumulum facillimum uiſu in
ſidiantib9: eodem numida cum pleriſq; neceſſa
riis ſuis inermis vt dictum erat accedit Ac
ſtatī ſigno dato vndiq; ſimul ex īſidiis īuadūt

Ceteri obtruncati Iugurtha uinctus Sille tra
ditur et ab eo ad Marium deductus eſt. per i/
dem tempus aduerſum gallos ab ducibus noſ/
tris. Q. Scipione et Mallio pugnatum male
eſt. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illi
qꝫ et omnos uſqꝫ ad noſtram memoriam roma/
ni ſic habuere alia omnia uirtuti ſue prona eſſe
cum gallis pro ſalute non pro gloria certare.
Sed poſtq̄ bellum in numidia confectuꝫ Iugur
tham romam uinctum adduci nunciatum eſt:
Marius conſul abſens factus eſt: et ei decreta
prouincia gallia. Iſqꝫ Kl'. ianuariis cuꝫ magna
gloria Conſul triumphauit. Ea tē peſtate ſpes
atqꝫ opes ciuitatis in illo ſite.

Hec Criſpi Saluſtii opera q̄ optime emendata
Valentie īpreſſa Anno. M.CCCC.lxxv. die
xiii. Iulii. Finiunt feliciter.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

# Criſpi Saluſtii oratoris clariſſimi vita.

Riſpus Saluſtius uir patricius ab ĭeũte
etate bonis artibus imbutus ad remp.
gerendam animum applicuit:in qua nõ
pauca aduerſa paſſꝰ prudẽtia ſua ſuperauit:
Et res.P.iaʒ Carthagine atqꝫ Numãtia eũſa
Aſiaqꝫ domita.vt nec nobilitati nec virtuti
ſua redderentur premia atqꝫ impudente:atqꝫ
audaciſſimo cuiqꝫ plebs obſequeretur .Hic do
minatꝰ.L.Syllae et proſcriptionis tabula ro
manis ciuibus prius ignota :plorata eſt.hinc
flagitioſa Catiline coniuratio .Hinc bellũ ci/
uile inter Ceſarem et Pompeium exortum li/
bertatem ciuitati ademit.His igitur hominũ
moribus conflictatum Criſpi ingeniũ ſuapte
natura integrum:Iuuenili ac flagranti etate
procliuem ad adulteria libido rapuit:atqꝫ cor
rupit:neqꝫ id impune diu admiſit.Nam vt
Varro tradit ab Annio milone domi dep̄hẽſꝰ
et grandi pecunia multatus eſt bis ad ſubſelia
accuſatus.atqꝫ abſolutus a iudicibus non ſine
pecunia vt fertur diſceſſit domum auitã tãto
patris dolore iã etate confecti vendidit vt vi
taʒ decedere cogeret̃.Cõſumptis igitur opibꝰ
patriis:⁊ queſtura p̄us functus:deĩde tribunꝰ
plebis creatꝰ ẽ:Ac poſtremo pretorẽ vlterioꝝ

Affrice deſignatum euꝫ proconſulem cuꝫ ex/
ercitu regno iube rege necato Ceſar preficit:
atqꝫ in prouintiam redegit. Que ſane Criſpꝰ
mutatis moribus iaꝫ graueſcente etate per li/
bidinem atqꝫ flagitia prodegiſſet: nō modo re
cuperauit ſed precioſiſſimos in vrbe hortos
Tiburtinamqꝫ villā ab ipſo Iulio emit. Cuiꝰ
nutu bello ciuili iā peracto omnia regebātur:
nec leges maiorum amplius in re publica ad/
miniſtranda ſeruabātur: Si externo atqꝫ bar/
baro cuiqꝫ ſi Ceſari iubebat in ſenatum aditꝰ
patebat ac ſentenciam nō conſularis. ſꝫ gallus
aut ignobilis ac ſordidꝰ quiſqꝫ dicebat. Qui/
bus rebus indignatus Saluſtius remp. deſer/
uit: atqꝫ ad intermiſſa ſtudia rediens queqꝫ a
populo Romano preclare geſta fuiſſent ſcri/
bere decreuit: ne id ipſum ocii quod elegerat:
ignauia atqꝫ deſidia tereret. Aut illiberalibꝰ
officiis intentus minus vtilis reip. foret quam
antehac extitiſſet. Aggreſſus igitur bellum
contra Catiline coniurationem atqꝫ Iugurthā
Numidarum potentiſſimum: ac prudētiſſimū
geſtum: tanta cura atqꝫ diligentia perſcrip/
ſit: vt nō annales Romanos modo: ſed Puni/
cos ⁊ Aphros ac peritos illius lingue Roma/
noruꝫ geſta diligenter euolueret: atqꝫ ī Affri/
cā traiecit: neqꝫ legerat tantū: ſꝫ viſu certiora

etiam facta poſteris narraret . In hoc autem
genere ſcribendi tantuz laudis aſſequutus: vt
Quintilianus grauis atqꝫ ſeuerus iudex Tu
chididi greco hiſtoriarum ſcriptori adequet
quem Cicero tantopere laudat: atqꝫ ſentenciis
crebrum autumat. vt pene verborum copiam:
ſentenciarum frequentia conſequatur . Ami/
cos habuit Corneliuz nepotem eodez ſcribēde
hiſtorie ſtudio delectatum ac .P. Nigidium
figulum omnium doctrinarum genere non in/
feriorez Varroni Cicero vero ex familiari ini/
micus factus neſcio qua de cauſa Terentiam
vxorem ab eodem Cicerone repudiatam ī vxo
rem duxit. vt ab ea quandiu ſumma beniuo/
lentia cum Cicerone vixerit. atqꝫ ſuorum cō/
ſiliorum non ignara aliquid turpe eliceret.
quo acrius atqꝫ turpius in eum inueheretur:
cuius in Ciceronem extat inuectiua quaz fre/
quenti ſenatu habuiſſe fertur . Natꝰ amiterni
in ſabinis bello Iugurthino Rome educatus.
Criſpus habitauit iuxta Mineruaz: vbi nunc
templum ſancte Marie veneratur . Atqꝫ in
hunc vſqꝫ diem Saluſtiana domus vocatur.
Vixit vſqꝫ ad ſexageſimum ſecundum annum
ſeptimum poſt Ceſaris obituz. Cuius Terē/
tia vxor poſtea Meſſale coruino p̄ſtantiſſimo
ſua etate oratori nupſit.

# Criſpi Saluſtii ĩ. M. T. Ciceronẽ inuectiua.

Rauiter ⁊ iniquo animo maledicta tua
paterer. M. tulli. ſi te ſcirez iudicio ma
gis quam morbo animi petulantia iſta
vti. Sed cum in te neqꝫ modum neqꝫ modeſtiã
vllam animaduerto: Reſpondebo tibi: vt ſi
quem maledicendo voluptatẽ cepiſti eaz male
audiendo amittas. vbi querar? quos implorem
.P.C. diripi rem. P. atqꝫ audaciſſimo cuiqꝫ
eſſe perfidie locum. an apud populũ Romanũ
qui ita corruptus eſt largitionibus vt ſeſe ac
fortunas ſuas venales habeat? An apud vos
.P.C. quorũ auctoritas turpiſſimo cuiqꝫ lu/
dibrio ẽ Vbi. M. T. leges iudicia populo. ro.
defendit? Atqꝫ in ordine ita moderatur quaſi
vnus reliquum ex familia viri clariſſimi Sci/
pionis. Af. ac non repetitus accitus ac paulo/
ante incitus huic vrbi ciuis. an vero. M. T.
facta tua: ac dicta obſcura ſunt? At non ita a
pueritia vixiſti: vt nihil flagitioſum corpori
tuo putares qđ alteri collibuiſſet? An ſcilicet
iſtam immoderatam tuam eloquentiam apud
.M. Piſonem non pudicitie iactura predidi/
ciſſe? Itaqꝫ minime mirandũ eſt quod eam fla/
gitioſe vendicas quam turpiſſime paraſti. Ve
ruz vt opinor ſplendor domeſticꝰ tibi animos

attollit vxor ſacrilega:ac pluriis nobilitata:
filia matri pellex. tibi iucũdior atq; obſequē/
tior quam parenti par eſt domum ipſam tuaz
vi et rapinis funeſtam tibi ac tuis comparaſti
uidelicet ut nos commonefacias quaz conuerſa
res. P. ſit cum in ea domo habitares homo fla/
gitioſiſſime:que. P. Craſſi uiri clariſſimi fuit
atq; cuz hac ita ſint. Cicero ſe dicit in conſilio
deorum immortalium fuiſſe inde miſſum huic
vrbi ciuibuſq; cuſtodem abſq; carnificis noīe.
Qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam
ponit quaſi vero non illi9 coniurationis cauſa
fuerit conſulatus tuus. Et idcirco res. P. diſ/
iecta eo tempore quo te cuſtodez habebat. ſed
vt opinor illa te magis extollunt que poſt cō/
ſulatum cum vxore de re. P. conſuluiſti cum
legis plancie iudicia domi faciebatis:ex con/
iuratis alios pecunie condemnabas. Cum tibi
alius Tuſculanam. alius Pompeianam villaz
edificabat. Ali9 domum emebat. qui vero ni/
hil poterat hic erat calumnie proximus. hic
aut domum tuam oppugnatum venerat:aut
inſidias ſenatui fecerat:deniq; de eo tibi com
pertum erat. Que ſi tibi falſa obiicio redde ra
tionē quantũ patrimonii acceperis:quid tibi
litibus accreuerit:quam ex pecunia domuz pa
raueris Tuſculanum;et Pompeianuz infinito

ſumptu exedificaueris? Aut ſi retices cui du/
bium poteſt eſſe quin opulentiā iſtam ex ſā/
guine: et miſeriis ciuium paraſti? Verum vt
opinor homo nouus arpinas ex. M. Craſſi fa/
milia illius virtutem imitatur. Contemnit
ſimultatem hominum nobilium. P. R. curam
habet: neq; terrore neq; gratia mouetur. Illud
vero amicicia tantuz ac virtus ē animi ymmo
vero homo leuiſſimus ſupplex inimicis: ami/
cis contumelioſus: modo harum: modo illarum
partium. fidus nemini. leuiſſimus Senator:
mercenarius. patronus cui9 nulla pars corpo/
ris a turpitudine vacat. lingua vana. manus
rapaciſſime: gula immenſa: pedes fugaces: que
honeſte nominari nō poſſunt inhoneſtiſſima.
Atq; is cum eiuſmodi ſit tamen audet. O. for
tuna tam natam me conſule Romam Te for/
tunatam conſule Cicero? ymmo uero infelicez:
et miſeram que crudeliſſimam proſcriptionez
ciuium perpeſſa eſt: cum tum perturbata. re.
pu. metu perculſos omnes bonos parere cru/
delitati tue cogebas. cuz omnia iudicia: omnes
leges in tua libidine erant. cum tu ſublata
lege portia erepta libertate omnium noſtrum
vite necis que poteſtatem ad te vnuz reuoca/
ueras. atq; parum quidem vel paruz eſt quod
impune feciſti verum etiam commemorando

exprobras . Neq; licet obliuiſci ius ſeruitutis
ſue egeris oro te Cicero feceris quid libet:ſatis
eſt perpeſſos eſſe:etiam ne aures noſtras odio
tuo onerabis?etiam ne moleſtiſſimis verbis in
ſectabere?Cedant arma toge.concedant lau/
rea lingue. Quaſi vero togatus et non arma/
tus ea q̄ gloriaris confeceris atq; inter te Syllā
que dictatorem preter nomen Imperii quicq̄
interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſo/
lentie commemorarem?quem Minerua omnes
artes edocuit:Iuppiter optimus maximus in
conſilium deorum admiſit Italia exulem hu/
meris ſuis reportauit . Oro te Romule arpias
qui egregia tua uirtute oīs populos:Fabios:
Scipiones ſuperaſti quem tandem locum ī hac
ciuitate obtines?que tibi partes . R . P . pla/
cent?quem amicum:quem inimicum habes?cui
in ciuitate feciſti inſidias?quo iure de exilio
tuo durachio rediſti?cū ſeq̄baris quos tyrānos
appellabas eoꝝ potētie faues q̄ tibi ante opti
mates videbant̃:eoſdem dementes ac furioſos
vocas. Vatinii cauſā magꝭ de Sextio male exiſ
timas. Bibulū petulātiſſimis ꝟbis ledis : Lau
das Ceſarem quē maxime odiſti et ei maxime
obſequeris aliud ſtans aliud ſedens ſentis de
re. Pu. his maledicis illos odiſti leuiſſime trāſ
fuga. neq; ī hac neq; in illa parte fidem habes.

M. Tulli Ciceronis in Criſpum Saluſtium Reſponſio ſeu inuectiua.

A demuꝫ magna voluptas ē Criſpe Saluſti equaleꝫ ac parē verbis vitaꝫ agere. neqꝫ quicq̄ tam obſcenū dicere cui non ab initio puericie omni genere facinorꝫ etas tua reſpondeat: vt omnis oratio moribus conſonet. Neqꝫ eniꝫ qui ita viuit vt tu aliter ac tu loqui poteſt: Neqꝫ qui taꝫ illito ſermone vtitur vita boneſtior eſt. Quo me vertam. P. C.? vnde initium ſumam? maius enim mibi dicendi onus imponitur quo notior eſt vterqꝫ noſtrum. quod ſi aut de mea vita: atqꝫ actibus noſtris buic conuiciatori reſpondero: inuidia gloriam conſequetur. aut ſi buius facta mores omnem etatem nudauero: in idem vicium incidam procacitatis quod buic obiicio. id vos ſi forte offendimini: iuſtiꝰ buic: quā mibi ſuccenſere debetis: qui initium introduxit. ego dabo operam vt et pro me minimo cū faſtidio reſpondeam: et in bunc minime mentitus eſſe videar. Scio me. P. C. in reſpondendo non babere magnam expectationem quod nullū vos ſciatis nouum crimen in Saluſtium audituros:

ſed omnia vetera recogni turos:Quib9 et mee: et veſtre iam:et ipſius aures calent:Verum eo magis odiſſe debetis hominem qui ne incipiẽs quidem peccare minimis reb9 poſuit rudimẽ/ tuz:ſed ita ingreſſus eſt:vt neq ab alio vinci poſſit:neq ipſa ſe omnino reliqua etate pre/ terit. Itaq nihil aliud ſtudet niſi ut luculent9 cum quo vis volutari longe vero fallitur opi/ nione. Non eniz procacitate lĩgue vite ſordes eluuntur:ſed eſt quedã calumnia quem vnuſ/ quiſq noſtrum teſtante animo ſuo fert de eo quod falſuz crimen obiectat.quod ſi vita iſti9 memoriam vicerit.aliam.P.C.non exhorta/ tione:Sed ex moribus ſuis ſpectare debetis. Iam dabo operam quammaxime potero breue vt faciã:neq noſtra vobis inutilis erit.P.C. Plerunq eĩ res.P.priuatis creſcit inimiciciis vbi nemo ciuis qualis ſit vir poteſt latere.pri mum igitur quoniam omniuz maiores Criſp9 Saluſtius ad vnum exemplum et regulam que rit:velim mihi reſpondeat nunquid hi quos protulit Scipiones:et Metelli ante fuerunt: aut opinionis:aut glorie quã eos res ſue geſte: ⁊ uita ĩnocẽtiſſĩe acta cõmẽdauit:ꝙ ſi hoc fuit illis iniciuz nõis:et dignitatis?cur nõ eque de nobis exiſtimetꝰ cui9 et res geſte illuſtres ſunt: et vita ĩtegerrime acta?ꝗſi vero tu ſis ab illis

virís Saluſtí ortus.quod ſi eſſes:nonnullos iā
tue turpitudinis pigeret ego meis maioribus
virtute mea preluxi:vt ſi prius noti non fue/
rint:a me accipiant initium memorie ſue.tu
tuis uita quā turpiter egiſti:magnas effudiſti
tenebras:vt etiam ſi fuerit egregii ciues certe
venerint in obliuionem.Quare noli mihi an/
tiquos viros obiectare.ſatius eſt eniꝫ me meis
rebus geſtis florere:quam maiorum opinione
niti:et ita viuerẽ vt ſim poſterꝭ meis nobilitatꝭ
inicium:et virtutis exemplum neqꝫ me cuꝫ his
conferre decet.P.C.qui iā deceſſerunt.omīqꝫ
odio carent:et inuidia:ſed cum his qui mecuꝫ
vna in re.Pu.verſati ſunt:ſed ſi fuerim aut ī
honoribus petendis nimis ambitioſus non hāc
dico popularem ambitionem cuius me princi/
pem confiteor:Sed illam pernitioſam contra
leges cuius primos ordines Saluſtius duxit.
aut in gerundis magiſtratibus.aut in iudicā/
dis maleficiis:tam ſeuerus aut in re.Pu.tam
vigilans quam tu pſcriptionē vocas:credo qđ
non omnes tui ſimiles incolumes ī hac vrbe vi
xiſſent.at q̄to meliore loco res.Pu.ſtaret ſi tu
par ac ſimul ſceleſtoꝝ ciuiū una cū illis ānume
ratꝰ eſſes:An ego tūc falſo ſcpſi.Cedāt arma
toge:q togatos armatos ⁊ pac̄ bellū oppreſſi:
an illud mētitꝰ ſū:fortunatā me ꝯſule romā.q

tantum inteſtinum bellum ac domeſticuꝫ vr/
bis incendium extinxi neqꝫ tui piget te homo
leuiſſime cum ea culpas que in hiſtoriis mihi
glorie ducis?An turpius eſt ſcribentē mētiri
quam illum palam hoc ordine dicentem?Naꝫ
quod ī etatē increpuiſti tantū me abeſſe puto
ab impudicitia quantum tu a pudicitia .Sed
quid ego de te plura querar:Quid eniꝫ men/
tiri turpe dices qui auſus mihi ſis eloquentiaꝫ
vt vitiuꝫ obicere?cuius ſemper nocens eguiſti
patrocinio:an vllum exiſtimas poſſe fieri ci/
uem egregiuꝫ qui non his artibꝰ et diſciplinis
ſit eruditus?an vlla alia putas rudimenta et
incunabula virtutis quibus animi ad glorie
cupiditatem aluntur :Sed minime mirum eſt
.P.C.ſi homo qui deſidie ac luxurie plenꝰ ſit
hec vt noua ac inuſitata miratur .nam quod
iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem et
ī filiaꝫ meaꝫ inuaſiſti que facilius mulieres ſe
a viris abſtinuerunt:quaꝫ tu vir a viris ſatis
docte ac perite feciſti :Non enim me ſperaſti
mutuam tibi gratiam relaturum vt viciſſim
tuos compellarem .Vnus enim ſatis eſt ma/
terie habens:neqꝫ quicquam turpius eſt domi
tue quam tu .Multum te vero opinio fallit
qui mihi putaſti parare inuidiā ex mea re fa/
miliari:q̄ multo mihi minor ē quā habē dignꝰ

ſum:Atq; vtinam nc tanta quidem eſſet q̄ta eſt vt potius amici mei viuerent quá ego teſ/tamentis eorum locupletior eſſem .ego fugax Criſpe Saluſti ſ furore tribuni plebis ceſſi:vtilius duxi quamuis fortunaꝫ vnus experiri quã vniuerſo populo romano ciuilis eſſem diſſen/ſionis cauſa qui poſtea quam ille ſuum animũ in re publica debacatus eſſet omniaq; quecũq; conmouerat pace et ocio reſederunt hoc ordine reuocante atq; ipa.re.P.manu retrahente me reuerti qui mihi dies ſi cum omni reliqua vita conferatur animo quidem meo ſuperet :cum vniuerſi vos populuſq; .Romanus frequens aduentu meo gratulatus tanti me fugaceꝫ mercenarium patronum hi exiſtimauerunt : Neq; hercle mirum eſt ſi ego ſemper iuſtas omnium amicicias exiſtimaui.Non enim priuatiꝫ vni ancillatus ſum neq; me addixi .Sed quantum quiſq; rei.P.ſtuduit tantũ mihi fuit.aut amicus aut aduerſariꝰ.Ego nihil plꝰ volui valere quam pacē.multi priuatoruꝫ audacias metuerũt.ego nihil timui niſi leges.multi arma ſua timere voluerũt.ego nũquã volui quicq̄ poſſe mihi p̄ vobis.multi ex vobis potētia freti vobis ſuis viribꝰ abuſi ſũt.Itaq; nõ ē mirũ ſi nullius amicicia vſꝰ ſuꝫ q nõ ꝑpetuo rei.P.amicꝰ fuit:neq; me penitet ſi aut potēti Vatinio reo

patrocinium pollicitus ſum: Aut Sexti inſo/
lentiam repreſſi aut bibuli patientiā culpaui:
aut virtutibus Ceſaris faui. que ſi tu mihi: vt
vitia obicis temeritas tua reprehendetur: non
mea vitia culpabuntur. Plura dicerez ſi apud
alios mihi eſſet diſſerendum. P.C. non apud
vos quos habui omnium actionum mearuz mo
nitores. Sed vbi rerum teſtimonia adſunt
quid opus eſt verbis? Nunc ad te vt reuertar
Saluſti: patremq; tuum preteream qui ſi nūq̄
in vita ſua peccauit tamen maiorem iniuriam
rei. Pu. facere non potuit quam ꝙ te talem fi/
lium genuit: neq; tu ſiqua in pueritia peccaſti
exequar: ne parentem tuum videar accuſare
quod eo tempore ſummam tui poteſtatem ha/
buit: ſed qualem adoleſcentiam egeris: hac eiz
demonſtrata facile intelligetur. quam petu/
lanti pueritia quam impudicus: et procax ado
leueris. Poſtea quā īmenſe gule impudiſiſſimi
corporis queſtus ſufficere nō potuit ⁊ etas tua
ad ea patienda que alteri facere collibuiſſet
exoluerat: cupiditatibus infinitis efferebaris.
vt que ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes ī
aliis experieris. Ita non eſt facile reputare. P.
.C. vtrū ī honeſtoribꝰ corporꝭ ꝑtibꝰ rē q̄ſierꝭ:
an amiſerit domū paternā viuo patre: turpiſ
ſime. uenalē habuit uēdidit ne cuiq̄ dubiū eſſe

poteſt quin mori cogerit eum:quo nundum mortuo pro herede geſſerit omnia nec pudet a me querere quis in. P.Craſſi domo habitet cū ipſe reſpondere nequeat quis in ipſius habi/tet paterna domo. At Hercule lapſus etatis tyrocinio poſtea ſe correxit nō ita eſt ſꝫ abiit in ſolidatiuꝫ ſacrilegi. Nigidiani bis iudicis ad ſubſelia attractus extrema fortuna ſtetit: ⁊ ita diſceſſit:vt non hic innocens eſſe ſed iu/dices peieraſſe extimaretur. Primum honoreꝫ in queſtura adeptus ſequutus eſt hunc locum: et hunc ordinem deſpectum cuius aditus ſibi quoqꝫ ſordidiſſimo hominum patuiſſet. Itaqꝫ timens ne facinora eius clādeſtina clara vobis eſſent cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio eſſet confeſſus eſt nobis audientibꝰ adulterium neqꝫ erubuit ora veſtra vixeris ut libet Saluſti egeris que volueris:ſatis eſt vnū te tuorum ſcelerum eſſe conſcium. Noli nobis langorem et ſoporem nimium exprobare:ſumꝰ diligentes ītuenda pudicitia vxorum noſtra/rum:ſed ita experti non ſumus:vt a te cauere poſſumus:audacia tua vincit ſtudia noſtra. Et quod hunc mouere poſſit factuꝫ aut dictū turpe:queꝫ nō puduerit palā vobis audiētibꝰ adulterium confiteri:ꝙ ſi nihil ꝓ me tibi reſ/pōdē voluiſſeꝫ:ſi illud cēſoriū eloquiū appii:

Claudi et. L. Piſonis. palam vniuerſis reci/
tarem. nonne tibi viderer eternas inicere ma/
culas: quas reliqua vita tua eleuere nō poſſet:
neqꝫ poſt delectum ſenatus te vnquam vidi/
mus: niſi forte in ea te caſtra conieciſti: quo oīs
ſentencia rei. P. confluxerat: atqꝫ idē Saluſti9
qui ī pace nec ſenator quidem māſerat: poſtea
ꝗ res. P. armis oppreſſa eſt: et idem. victor
qui exules reduxit in ſenatum poſt queſturam
reductus eſt. quem honorez ita geſſit vt nihil
venale non in eo habuerit cuius aliquis emp/
tor fuerit. Itaqꝫ egit vt nihil equum atqꝫ veꝝ
duxerit quod ipſi facere collibuiſſet: neqꝫ alit̄
vexauit: ac debuit ſi quis prede loco accepiſſꝫ
magiſtratum. Peracta queſtura poſtea quam
magna pignora eis dederat cum quibus ſimi/
litudine vite ſe coniunxerat: vnus iam ex illo
grege videbatur. Eius enim partis exemplar
erat Saluſtius: quod tantuz in vnam voragi/
nem: cetus omnium viciorum exceſſerat: quic/
quid impudicorum cillonum ꝰ patricidarū ſa/
crilegorum. debitorum fuit ī vrbe: municipiis
colonis. Italia tota ſicut in fretis ſubſederant:
nominis predicti ac notatiſſimi nulla ī parte
caſtis: niſi licēcia vicioꝝ ac cupiditate rerū no
uarum. At poſtea quā ꝑtor ē fact9 modeſte ſe
geſſit: et abſtinēter: nōne ita ꝓuītiā vaſtauit:

vt nihil neq̨ paſſi ſint neq̨ expectauerit gra uius ſocii noſtri in bello: quam experti ſunt in pace? hoc Affrica interiore obtinente. Vnde tantum hic exhauſit. P. C. quantū voluit ne cauſam diceret: Seſterio duodecies cū cenſore paciſcitur: q̄ ſi quippiam eorum falſū eſt hic palam refelle vnde qui non modo ne paternā quidem domum redimere potueris: repēte tāq̄ ſomnio beatus: hortos precioſiſſimos villam Tiburti. C. Ceſaris reliquas poſſeſſiones pa raueris. neq̨ piguit querere cur ergo. P. Craſſi domum emiſſem cū tu veteris ville dominus ſis: cuius pauloante fuerit Ceſar modo inquā patrimonio non comeſo: ſed deuorato quibus rationibus repente factus es tam affluens et tā beatus? Nam quis te faceret heredem? quē ne amicum quidem ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit niſi ſimilis ac par tui? at Hercule egre-gia facta maiorum tuorum te extollunt? quorū ſiue tu ſimilis es: ſiue illi tui nihil ad tuum ſce lus ac nequitiam addi poteſt? Verum vt opi-nor honores tui te faciūt inſolentē. Tu Criſ. Saluſtii totidem te putas eſſe bis Senatorem? et bis queſtorem fieri: quod bis conſularem: et bis Triumphalem carere debet omni vitio: Qui in alterum dicere paratus eſt: Demum male dicit qui non poteſt verū ab alio audire.

Sed tu omnium menſarum aſſecla: omnium cubiculorum in etate pellex: et idem poſtea a/dulter: omnis ordinis turpitudo et ſimul belli memoria. Quidenim hoc grauius pati potui/mus: quam ꝙ te incolumen in hoc ordine vi/deamus? deſine bonos petulātiſſima cōſectari lingua. deſine morbo procacitatis iſto: deſine vnuquenꝗ moribus tuis eſtimare: his morib9 amicum tibi efficere non potes videris velle inimicum habere. Finem dicendi faciam. P. C. Sepe enim vidi grauius offendere animos auditorum eos: qui aliena flagitia aperte di/xere: quā eos qui cōmiſcere. Mihi quidē ratio habēda ē nō ꝙ Saluſti9 merito debeat audire: ſed vt ea dicā ſiqua ego honeſte effari poſſum

Libello inſcripta huic: ſi qſpiā noſcere petat
Primo Saluſtii criſpi libros duos eius eſſe at/tingere ſciat
Secundo orationem Catiline reſponſiuam in. M. T. Ciceronem
Tertio Criſpi Saluſtii oratorꝫ clariſſimi uitā
Quarto eiuſdeꝫ in. M. T. Ciceronē īuectiuā
Quinto. M T. Ciceronis ī criſpum Saluſtiū reſponſionem ſeu inuectiuam: que finem ei dem libello prebet. Et quoꝗ inpēſa in fine ſecūdi Saluſtii criſpi incertum fore videtꝰ.

# Oratio Lucii Catiline reſponſiua in Marcùm Tullium Ciceronem

Mnis homines qui in maximis principatibus vitam agunt: aut qui de rebus publicis: aut priuatis conſultant: decet in primis animaduertere: ne cuiq̄ voluptati temere aſſentiant: ne ue liberuz ingenium furore: aut iracundie peſſundent. Sed vigilantius enitendum eſt: vt durent īuictis animis: ut omnium rationes eque circunſpiciant. Nec in alterutram partem declinent do nec in luce clariores in apertum deducte: et ſatis perorate videantur. Difficile eſt enim cōmotis animis et concitatis ingeniis verū cuiq̄ perſuadere. Tanta fit plerumq̄ vis: ac frequētia orationis. hec ſi fuiſſet vobiſcuz. P. C. animaduerſio: dum perperam de meis moribꝰ conſul noſter tanta acerbitate loquebatur: cum pernicioſa: et inſolenti facundia in caput meum veſtros concitabat animos: modulabatur orationem. Conſiderem profecto: vt illius procacitas hodierna die innocentia noſtra deleretur. Sed video iam ſuggeſtiōe conſulis pectora veſtra rebus incudere: vix meam perpeti orationem: Credere iam illius auctoritati mee pudicitie diffidere. Quamobrem facile vereor

ne ſera ſit noſtre ſalutis defenſio. Nam pau/
corum inuidia plerūq; innocentes iure aut in/
iuria ſuppeditantur. Que res profecto: neq;
conſtantie virorum illuſtrium: neq; Romane
diſcipline: neq; ſenatorie dignitatꝭ officia vi/
dentur. Quare per deos īmortales vos. P.C.
atq; humanitatem veſtram appello: vt ī tātis
rebus: non facile iudiciuȝ excipiatis: demulſos
ac deuinctos animos facundia Ciceronis priſ/
tine integritati reſtituite: et ita reſtituite:
vt aliquando. Ro. atq; patricii Catiline ꝓba
intelligatis. Si quid in patriam peccaui qui/
rites: neq; gratiam: neq; miſericordiaȝ īploro:
Eripite tum ab hac luce animam: Trucidate
hoc corp9. et membra hec īpudentia diuellite.
Non eo tendit oratio noſtra: vt Catiline mi/
ſereamini. Summa eſt eniȝ miſericordia ī pa/
ricidam ſubitum ſuppliciuȝ animaduertere:
Sed hanc vrbis clementiam poſtulo. P.C. ne
omnino innocentiam deſeratis: ne dum liber/
tatem defenditis paucorum iniquitate ple/
roſq; innoxios perditum eatis. Oſtendā vobis
atq; elucidabo: acerbas in conſilio noſtro mecū
inimicitias non ſalute reip. fuiſſe exagitandi
imperii cauſa non manutenende libertatis de
ſiderio cuncta. Nam quante primum in ſu/
perioríb9 annis īmoderate ī me illū diſcordie

agitauerint: quantiſq; atque quam crebris po
ſtea inuicem contumeliis uerſati fuimus non re
feram. uobis enim omnibus nota ſunt quirites:
ſed ea malo dicere: que proximis comitiis poſt
q̄ conſul deſignatus eſt impudenter et temere:
que tandem euomit: ſe nihilo magiſq̄ excidio
Catilina conſulatum petere. Teſtes hic duo
uiri clariſſimi. M. Antō. conſul et. C. Ceſar:
quorum auctoritate terminatio illa eo tempo-
re ueluti paruz conſulta reprobata eſt. Ite nūc
. P. C. talibus animis imperia tribuite qui cu
rioſius priuatas inimicicias q̄ totius reipublice
ſalutem perſequantur. Non cupit Cicero con
ſulatum: vt opem referat miſeris: vt potentiaz
improborum arceat: vt ciuitatem defendat: vt
reipublice conſulat. Sed ut maxime Catilinaz
delere: et circunſcribere poſſit. Hec ſunt offi-
cia uiri conſularis. hec glorioſi: et ſanctiſſimi
ciuis inſtitutiones. Tales homines in dandis
magiſtratibus nobilitati anteponite: quibus tā
tus et uaſtus eſt animus extinguendis nobilita
tem. Nam quod mihi huius uiri interminatuz
eſt diligentius in uos omnes conuerteret: Cre-
dite mihi. P. C. credite. rara eſt inter tam diſ
ſimiles animos beniuolentie caritatiſque con-
ſenſio. Ille ex municipio arpinati nouus hoſpes
huic urbi inſitus; eam velut ingenitam rabiem

átque inuidiam animo uolutat:quam nouus ex
ceris ciuibus non tantum mores:ſed ueteri con
ſuetudine natura comparauit. Pridie ibi impe
ditione conſulatus. patria exprobrata eſt:ali/
quando nouitas generis obiecta equo animo tā
tam contumeliam toleraſſe:tunc impatientiſſi
mum hominem exiſtimatis. Incitatur eo tem/
pore truculento ſpiritu laceſſitum ingenium
et ueluti vipens ſerpens inflamato ac uenifico
pectore ferox eius et crudelis animus agitabat̃
Hic qui ſe patrem patrie nominat: qui dicere
ſolitus eſt hanc rempubilcam ſuo ſplendore de
coratam: qui uirorum omnium illuſtrium:ac
preſtantiſſimorum:familias non modo equaſſe
aut aliquando ſuis moribus:uexuntamen omni
um maiorum uirtutē ſuperaſſe: cum obiectari
ſibi nouitatem uideret:quo putatis eum inge/
nio perferre potuiſſe. Infremebat tunc dentib9
atq; in uos omnes rabido rictu conceptam latē
ter iram acuebat:quam neque lenitam adeptio
ne conſulatus in poſterum putetis. Cum non
ueſtra gracia: ſed ſuis maximis uirtutibus con
ſequi tantam dignitatem debere arbitretur.
Nunc itaque priores illos impetus exequitur.
Nunc his artibus perturbare ciuitatem inſtitu
it. Nunc ſe his conſiliis ulciſci:et nobilitatem
eo deducere: vt nunquam ſibi nouitas obiciat̃.

faciet hoc patres con. faciet. niſi ueſter pruden
tiſſimus animus aliquando noſtre omnium ſa/
luti: et uniuerſe reipublice conſulat. Iam hoc p̊
mum initio ab hoc principe ſcelerum: ab hoc fla
gitiorum artifice: ita ciuitas noſtra dira ac pe
ſtilenti labe conſperſa eſt. Ita pernitioſum ſe/
men diffundit in patriam. vt ſi aliquando con
ſitum radicibus paulum altius conualuerit de
lebitur quidem hec reſpublica pulcherrimum
hac a ſtirpe concidet imperium. Nihil eniꝫ eſt
tam periculoſum ciuitatibus: q̄ cum delecti ci/
ues inter ſe diſident. Inimica nanqꝫ eſt rerum
maximarum diſcordia. Ea ſola res fortes diſſi
pat: et demolitur. Ea quidem hanc nunc inſe/
ruit noſtre ciuitati. Hanc inter nos calamitatē
ingeſſit: que ſi non mature prouideatur: video
iam ſummam fortune coniunctam hanc rempu
blicam. Video iam arma in manibus ueſtris: al
terum alteri obſiſtere: hunc proſcribi alterum
uero trucidari. Vtinam enim rerum malarum
innocens Catilina finis eſſet: uti eſt inicium.
Nullum foret mihi graue pro republica pericu
lum ſubire: patrie equideꝫ proſcribi: patrie ab
dicari: emori pateret. Sed non ſemper cunctis
mortalibus idem animus eſt. Erit alter impa/
tientior: qui ulciſci malit q̄ im℘boꝝ ꝑpeti in
iurias. Tūc neceſſe ē: ut ciuili bello res agitēt:

periclitabit tunc patria: et in ancipites caſus: certumq́ꝫ urbis excidium concidet repente: et uentura tunc ingente leticia efferetur: et opta tis ſeſe rebus potiri ortabitur. Cum hanc uide bit armis ſplendere patriam: et iſtam admotis ignibus vrbem lucere. Tunc laudabit ſua conſilia et extollet inuictum animum: et pro ſuis contumeliis ſatis ſe maioreſq́ꝫ ſuos ultum iri existimabit. Nam predicare aliquando ſo/ litꝰ originem ſe genus habuiſſe: ex tullii hoſti lii familia Volſcoruʒ Regis quidem po. Ro. inimiciſſima que ſola prorſus nota eſt occaſio: ut vniuerſum ſit ſibi nomen po. Ro. odio ſem perq́ꝫ abhorreat hanc rempublicaʒ cuius dictio ne obſcurata eſt maioruʒ ſuoruʒ familia: et ſub actum eius ac demolitum imperiuʒ que res quã te cure habentur humanis ingeniis: voſipſi exi ſtimate. Hoc ego tantum de Cicerone exiſtima re poſſum: vt preſide illa maiorum ſuorum in/ uidia: ueteres ille inimicicie impatientis animi ſuum ſemper ingenium agitent: nunquam im/ petu aut rabie quieſcant. Tanta eſt illius ani mi immoderata euertendi huius imperii libido uidelicet placato enim orbe terrarum tot pro/ fligatis Regibus: tot populis: tot gentibus: tot exteris nationibꝰ ſubactis terras undiq́ꝫ: et ma ria imperio noſtro parere nullum ſuperiorem

hoſtem populi Romani cui non noſtra uirtus longe probata ſit. defluxit itaque illi ſpes oīs extrinſecus huius imperii demoliendi. Tute nobis omnia quieſcunt: omnes ultro obtemperant. Cum uero ſeſe maioreſqꝫ ſuos uindicatum iri malit: nec poſſit unq̄ ab illa opinione durus et crudelis animus quieſcere: Ad has confugit perturbationes: quibus priuatis inimiciciis mecum primo: poſtremo in vniuerſam rempublicam conferre putat. Accuſat itaque inimicum ſibi Catilinā: et pleroſqꝫ alios eiuſdem cōſcios coniurationis velle rempublicam inuadere: euertere patriam: urbem deformare: domib9 templis aris incendia parare: ſtupra: virgines: ſenes: plebem: ac patricios iugulare: nuſq̄ ire: aut ferro parcere: donec pulcherrima iſta omnium Imperatrix a ſtirpe intereat. Sed per deos immortales neſcio quorſuʒ tendat vana hec hominum exiſtimatio. Vt quiſquis mortalium credat aliquem eſſe tam perditum: aut tam prorſus ignarum rationis. Cui non quandam intelligat inſitam patrie pietatem: que ſemper quadam tacita ac uehementiſſima vi nature humanis pectoribus infunditur. Quis itaque Romanus anim9 tantā reip. calamitatem afferre cupiat? Quis. n. tā acerrim9 populi Ro. hoſtis ille etiā carthaginēſiū dux Hanibal maiora nobis

aut patria excogitare potuiſſet. Ego ne rem publicam inuadere velim: qui et pro republica ingentia pericula ſuſcepi: Ego ne ſenatum urbem deformare: tot ampliſſimis beneficiis noſtre familie decoratam auderem? Ego ne Romanorum templa incẽdere: que tot ſigna tot tabulas maiorum noſtrorum oſtendunt? Ego ne togatos patricios aut ſenatores iugulare qui inter dignitates modo honore prefectus ſum? Ego ne candidatus reliquis ſceleribus deturpare ciuitatem qui plerunque ne quis deturparet ſũma ope propulſaui? Que ſpes? Quis animus? q̃ occaſio me ad tale facinus impellunt? Num cauſa forte quam pauloante Cicero diſeruit: libido dominandi. Nonne quiete dignitatem oium adeptus ſum? Nonne in ſpe mihi agendi tales reliquie parantur: quales cuiquam mortalium fas eſt optare. Neque patriciatus: neq̃ ſenatoria dignitas defuit. Neque in poſterum conſulatus: aut dictatura deeſſe poterunt: Que tante et tales ſunt: vt non modo in hac preſtãtiſſima urbe. Sed in omni orbe terrarum: omnium gentium: omnium nationum imperia et p̃ncipatus antecellant. Quid igitur opus erat ut difficile in bello quereretur: quod mihi in pace ultro parabatur. An forte inuida me concitauit: quod pariter Cicero docebat: grande

es alienum. Anguſtia rei familiaris:et immo/
derata potiendarum rerum audacia. Sed de
temerario aut veſano homine hoc exiſtiman/
dum eſſet ut pleriſque qui pro potiundis opi
bus inconſulte tantam parare poſſet populo
Romano ſeditionem:non preſertim in uiro pa
tricio et conſulari:in tam opulentiſſima ciuita
te cui honeſte ſunt opes:quid dubitat ſibi unq̄
deeſſe poſſe. Tot ultro ſeſe ſibi queſtus effe
runt et ex publico erario prouentus:ꝙ ſi quis
paululum labefactare maluerit : neque omnino
parere honeſtati incredibile eſt : quamuis faci
le in immenſis opibus affluere poſſit. Vt reli/
qua preteream:tu mihi apertum exemplum es
Cicero:qui pridie pene hanc urbem congreſſus
omnium rerum egens.Cum te ad magiſtratum
contuliſti:tantam conglutinaſti repente diui/
ciarum molem:vt omnes huius urbis calumnie
uix emptoribus tuis ſupereſſe uideantur. Te
mere igitur mihi obicis auariciam pauperta/
tem inſtans onus eris alieni. Que cuncta tu/
tiore via ſedare potuiſſem:quam rempublicaz
inquietare incerta pro certis capere paruo com
modo ingentia pericula ſubire. Sed neque qui
bus arguor priuatarum inimiciciarum cauſa
tantum facinus iniciaſſem. Nemo eſt in hac re
publica. quem inimicum habeam . Hic Cicero

tantum mihi moleſtus eſt. quod eius flagicia q̃ in occultum habet nunquam reticere potui cu/ius ineptias ſi tandem a me propulſare maluiſſem ſine diſcrimine publico multi mihi adul/tionem aditus patebant. Non erat opus ad p̲/niciem reipubilce confugere neque metus mihi neque pericula obſtabant: cum ſi ex hominum uita deleretur: non modo ad indicandum: ſed nec ad lugendum funus quiſquam ſupereſſet. Sed dii prohibeant: ne hunc animum illius te/meritate dehoneſtem. Nullam enim illuſtrib9 viris in abiectis hominibus ultio laudem affer re poteſt. Illam tamen ſi caſu maluiſſem. Non eſt putandum quirites eo tempore ſuſceperiꝫ opportunitatis minimum ſibi: mihi uero pluri mum adeſſe poterat. Porro ſi quibus armatorũ copiis domum meam circunſepi ſocios induxi; permiſi uigiles neqꝫ horum. n. quicq̃ inficior. Feci patres. C. non ut cuiquam facerem iniuri am: ſed ut prohiberem conſulis impetum. Vere bar. ingenium noueram. Sciebam inimicicias. intellexeram hanc ab illo inſtructam coniura/tionem. Formidabaꝫ itaque ne illius facundia ſubito momento animi ueſtri indignarentur: et contra queſtionem meam licentia ueſtra de/ſignatis p̲iculis de me ſuppliciũ ſumeret̃ At ſi ſemel in ei9 deſignat9 man9 concidiſſeꝫ fruſtra

mee in poſterum defenſioni locus parabatur. ui tam igitur meam ſumma ope in hunc diem pro duxi: Et in tanta rerum perturbatione nunc perſuaſu tuo ne me omnes reum facerent pene tranſiit. Nunc tibi minus opus erat Cicero ꝑ/ ter ſpem in ſenatum ueni. et quantum mihi ſa tis uidebatur: minora quedam ſcelera elucida/ ui: ex auditu quorum iri in obſcuro maluiſſes quam ipſis tam enormibus ſceleribus viam de diſſe. Nihil tuorum facinorum expaui. Nō tunc oratio tua: non ultro coniecti motus terri tauerunt. Quis enim terror in tanta ſenatoruꝫ frequentia: in tanto ſplendidorum ciuium ce/ tu inſontem cuiuſquam animum turbare po/ teſt. Habeo igitur diem quem maxime cupiui: quem uero minime exiſtimabas. Habeo ſena tum qui innocentiam meam intelligat: apud quem flagicia tua in aperto habeantur. Op timo igitur periculo meis periculis proſpexi: ſi quando armatorum copia furorem tuum ꝓ pulſaui. Si quando intrepidus in republica perſtiti: fugam dum mihi omni obtentu per ſuadebas: inſtare mihi contra fuit animus. ſed o dii immortales vbi nam ſumus: quis poten/ tem calumniam non uidet. Quid aliud niſi vt fugerem tota tua oratio pertimuit. Sed ſi ut ais omnia mea tibi facta illuſtrant̃: ſi luce

clariora ſunt mea conſilia. Quid nunc mihi fu
gam perſuades? Hic ſum nullis meis preſidiis
circumuentus. Adeſt ſenatus qui tibi uim fieri
prohibebit. Oſtende hec facinora elucida ſedi/
tionem: affer ſupplicium. Non decet in tantis
periculis miſericordiam uideri. Cunctatio qui
dem omnis obeſſe poteſt. Nullum uero preſidi
um afferre: ſi habes principium coniurationis
Si Imperatorem hoſtiuz tenes: quid remoraris
quid eiicere cupis. Vtilius eſt enim vt luce ca/
reat exercitus: fient ilico ad bellum ſegniores.
Sed video utiꝗ fieri ſoles in mediis malis. Ti
bi malorum cauſa: timore animus frigeſcit. Ca
ſum enim quem mihi aut reipublice parabas:
in te conferri uides. Res preter opinionem tuā
nunc agitur tui capitis periculo. Dubitas nūc
de fortunis tuis non obiecturum me tibi in ſe/
natum uenire exiſtimabas. Ideo cum ueni ilico
trepidus factus es. Putas minitando nunc mi
hi terrorem incutere ignorans q̈ liber q̈ vaſtus
ſit innocens animus. Vis vt fugiam Cicero.
Vtiꝗ non fugiam: ſed perſiſtam acrius petulan
tiam tuam opugnando. Neceſſe eſt: vt omni/
um conſiliorum tuorum flagicia refellam. Ve/
niant in hunc locum teſtes quorum tibi tantam
copiam ſupereſſe dicis. Vt nil tibi meorum ope
rum tectum aut occultum ſit. Quos produces?

Q.curium hominem quidem ſane opinionis: integre uite:aut uero qui ſuis flagiciis celeber/ rime hunc ordinem deuaſtauit. Propterea pro bari genere abdicatus eſt? Aut Fuluiam pro/ duces eius conſortem libidinis que nullius unq̄ cedis conſcia fuit. Nullius ſtupri aut inceſti alumna concubitus:aut uero ita uixit: ut uelut quoddam ſceleris exemplum omnes meretricuz artes egregie ſola ipſa ſuperauit. Hi ſunt ho/ mines clariſſimi: quibus nunc inquietudo ciui tatis ſuſpecta eſt:quorum aduerſum me teſti/ monia parantur. Sed per deos immortales tu te iam Cicero moribus tuis oſtendis:furore tuo paulum non impudentius abutere. Non erat ex apertis coniurationibus petenda fides po/ puli Romani ſi me delere cupiebas. Eos elige re debuiſti:quorum obſcurior uita: et parump occultiora latrocinia fuiſſent. Multi mortales eadem pecunia utilius ambitioni tue obtempe raſſent. Illorum autem maledicta nemo bonus ciuis timere debet.facile refelli poſſunt:vtpo/ te:cum fortuna eorum et fides et facta ſatis uul gata ſint qui mihi ſe fauere debeant aduerſari mallem eſſe iniurios:ne uita mea eorum familia ritas eque in contemptum deducerent. Nunc itaq; p̄res con.oīa uobis facta cōſulis et cogita ta illuſtrant̄. Nunc etiā uobis innocentia mea

patere poteſt Que res illum impulerit ad Ca
tiline interitum: ad perturbandam rempubli
cam videtis. Mecum priuatis inimiciciis agi/
tatur. Obiectum uero nouitatis vniuerſam o/
dit nouitatem more maiorum ſuorum. Nam
hanc patriam abhorret. Ea propter ſeditiones
parat Serit diſcordias: nunq̄ ad perniciem no
ſtram impatiens eius animus quieſcit. Facit
in primis reum paricidii me ro. patricium: Se
natorez cuius tot res geſte: tot imperia: tot ma
giſtratus: tot maiorum meorum beneficia am/
pliſſimo ſplendore reipublice luceſcunt. Obi/
cit egeſtatem que in opulentiſſima ciuitate mi
noribus etiam magiſtratibus nunq̄ obeſſe potu
it. Obiectat inimicicias: que mihi ad pertur/
bandam rempublicam non utique ſatis eſſe ui
derentur. Teſtes quos producit videtis: qui
tales ſunt vt omnium ſceleratorum exuperent
ingenia Que tētata poſtq̄ ſibi preter ſpem eue
tibus non reſpondent: neq; in ſenatum ſperat:
timore ilico ſuppreſſus eſt. Fugam mihi impe
rat quando ſi deliquiſſet. ad uindicandum ne
phas nulla magnitudo ſuppiicii ſatis eſſe poſſz
Si ergo patres con. innocentiam meam videtis
Si illius animi ferocitatem intelligitis. Si peri
cula reip. ingeniis uris apta ſunt: expgiſcimi/
ni igit aliqn̄: et imperii romani uite miſemini

Habetis labentem colubrum in viſceribus ue/ſtris babetis in boc ordine incluſam reipublice calamitatem: que vigilat ad perniciem populi Romani. Vos illum illum in ſummo bonore poſuiſtis. Cauete ne per licenciam ea pars peſtis totum corpus ambiat: et ueluti contagio quedã in uobis adoleſcat. Expiate ocius et eneruate bunc ſentinam ſcelerum. Abdicate bunc bo/minem conſulatu: ne claram et ampliſſimã dignitatem feda illius flagicia deturpent. Eripi/te bunc ab bac republica ne quando eum ad excidium noſtre ciuitatis anbelantem bec ſanctiſſima intra menia ſe conſpiciant. Si cara ſunt vobis buius urbis monumenta: ſi periucundi liberorum conſpectus. Si grata eſt veſtrarũ virginum pudicicia: ſi templa: potentatus: ſacer/docie ſocietates: domus: opes: familie: clientele fortune omnium: et vniuerſe patrie commoda uobis accepta ſunt. Iamiam ab bac republica ſemen boc malorum omnium eradicate: bunc a cõſpectu ciuium eripite. qui vos et omnia bona ueſtra extinguere cogitat: qui claritudinem imperii ro. in ſimultatibus atque diſcordiis per/turbare inſtituit. Succurrite bis periculis: obuiate buic calamitati. Tunc omnis ſuſpicio ſedabitur. Tũ dolus ille a cobortibus confeſtim diſſipabit̃. In boc vno bomine oĩs ſpes eoꝝ ſita eſt

Quis enim aliuz huic maximo imperio: huic ca.
piti orbis terrarum paucorum ſceleratoruz ani
mos erigere: aut concitare potuit? Quis ciuis ĩ
hac rep. tam atrox facinus excogitare? Hic hic
tantum nouus Cicero arpinas ex tulliorum fa
milia ſtruit clam nr̃o capiti inſidias. Catiline
coniurationes diſſimulat: quo liberior ſibi ad
conſiliuz opportunitas patere poſſit. Nos ple
roſq; in queſtionem deducit: Vt nomine noſtro
comparatis copiis facilior ſibi pateat aditꝰ ad
inuadendum remp. Vos patres con. nonne ue/
ſtra pericula uidetis. Capeſſite remp. miſeraz
et nutantem. Subuenite patrie: parentum: et ſi
mul ſaluti omnium miſereamini. Meq; conſula
rem Patricium ciuem: et amicuz populi Roma
ni a faucibus inimici conſulis eripite. Supplicẽ
atq; inſtantem priſtine claritudini omnium ci
uium gracie ac beniuolentie reſtituite: dixi.

Inc 572

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA